





Confined to library

Vet. DF550 C8. K2 (1)

B. H. BLACKWELL LTD.
BOOKSELLERS
48 to 51 BROAD STREET
OXFORD



mlt

Lws (I o.p.)
Lsr

**DEPARTMENT OF BYZANTINE
AND MODERN GREEK IN THE
UNIVERSITY OF OXFORD**

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

GEORGIUS CEDRENIUS.

TOMUS PRIOR.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.

THE HISTORY OF

THE UNITED STATES OF AMERICA

FROM 1776 TO 1876

BY

W. H. CHAPMAN

AND

W. D. HOWLAND

NEW YORK

1876

GEORGIUS CEDRENUS

IOANNIS SCYLITZAE OPE

AB


IMMANUELE BEKKERO

SUPPLETUS ET EMENDATUS.

T O M U S P R I O R .

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCGXXXVIII.

G. 4. 2.



EMINENTISSIMO PRINCIPI
IULIO MAZARINO,
S. R. E. CARDINALI.

Scite Graecus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. quemadmodum enim muneribus hisce religionem nostram erga deum, ita et hoc animorum foetu cultum ac observantiam nostram erga viros summae dignitatis vel doctrinae praecipuae testamur. inter deum autem et homines longe interest, quod deus, velut omnium conditor et dominus, rebus quarum precarii possessores sumus non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea literis mandet et posteris tradat. sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quae tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. altae scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suae, adeo ut deum referre quodam genere videantur. haec cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose Te adire et librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola Tibi inscribere, quo devotionem erga Te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem Tui etiam eos



qui longinque agunt libros Tibi dedicare, ut ex sacro et immortali nomine Tuo famam et gloriam sibi quaerant ac immortalitate donentur. hoc tamen vereor, ne Te in excelso humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, Teque morer, cuius amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus Tuis bono publico parcendum esset. sed magnae quoque animae literaria haec avocamenta non recusant. heic autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet, vel potius interciperetur et in caelum rediret, Tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum iuvenilis successoris animus nondum par esset imperio. sic Atlas cum caeli oneri se subduceret, Herculem submisisse fertur velut tantae molis capacem: at qualem virum? maiorem humana natura, deo proximum, denique Iovis, non Amphitryonis filium. certe non alius quam natus deo caelum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinae mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam praeter malignos infitietur. quando enim terrarum ille praedo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostrum invictissimam anima reliquit? quid singula commemorem? prostrato primum stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, cum interim inclinatas acies et labantes, tum milites suos velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. animos sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piisque eis adfuisset velut deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui iam ingloriam deditionem parabant: sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus saepius expavit. in Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est: sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo iamdiu fatale est.

Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare coepisse non diffitetur. haec latius exsequantur horum temporum deserti. ego stylo remissione attingi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. caelum igitur ambitione affectent exteri (quanquam expilationibus caelum non petitur, sed religione et pietate, quae reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant: quamdiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quae orbi terrarum impositae sunt, fatorum vis aeterna vel potius deus fatorum arbiter et dispensator exemit) coepta eis nunquam ex voto succedent. cum autem serenissimus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi eius vis aurescit, Tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permessa est, cuius fides in rebus difficillimis spectata, cuius devotio erga principem omne vincent exemplum. nemo in posterum Te rerum moderatore tam securus potentiae erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. nemo Galliae socios aut foederatos lacesset; nemo amicos laedet, qui hoc Galliae debent, ut qui summa cum iniuria et bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exsulabant, plenissime restituti sint: tanta est cum sacri nominis Tui veneratio, tam imperii Gallici felicitas semper invicta. verum quo impellor ego fandi impotens? non enim multum interesse puto sive quis famam alicuius laedat, sive infra dignitatem eum laudet. non possum tamen heic citra crimen ingrati praeterire quod omnium commendatione dignissimum est: bibliothecam scilicet multis librorum milibus constantem instituisti, quam eruditissimis omnibus patere vis. in qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. omitto praeclara illa marmora, principum et virorum qui literis claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum foetu de perennitate certare. quo quidem egregio facto literatiores quosque Tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimae mentis doctes; ex quibus boni omnes intelligunt tanto Te caeteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna Tua excelsior et praestantior est.

vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliae felicitati, quae Te
sospite calmen apiscetur et diurnabit. vive rei Gallicae rector et
propagator; cuius vigilantiae hoc debetur, ut Galli pacem aequissi-
mis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum
timere. vive diu Galliae felix tutela salusque.

Eminentiae Tuae

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI.

De scriptoribus historiae Byzantinae publicandis spem fecimus edito Ioanne Cantacuzeno. ecce fidem praestamus felicioribus auspiciis an-nixi, iussu nempe illustrissimi Franciae cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur suae curae fecit. quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. plures caeque in-gentes lacunae erant in editione priore, quae Cedrenum deforma-bant. aliae minores plures paginas occupaverant. eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Ioanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum ἀπολεξεῖν descripserat, unde mirari subit quanta securitate saeculi sui Curopalates alienum opus sibi vindicavit. itaque si quis Curopalatem desideret, sciat eum Cedreni simiam esse: nam totidem verbis Curopalates constat. qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit.*) quoniam autem toto pene Ce-dreno exscripto Curopalates excipit ubi Cedrenus desinit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Ioannes Baptista Ga-bias interpretis eius multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. ei quantum fieri potuit consultum est interpolata eius versione. Xy-landri quoque versionem interdum emendavimus; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri reiecimus. prae-terea fatetur interpretis ingenuè se in quibusdam haerere: nos sine ulla insecutione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam

*) idem quo nostrae editioni plus etiam prodesset, codicem omnium praestantissimum, Coislinianum, ad alteram certe partem et historicam magis aetatem accurate collatum a Wladimiro Bruneto impetravimus. I. B.

addidimus ei firmandae. denique Glossarium adiecimus, quo voces mixobarbarae, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticae palatinae et militares exponuntur. quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui raptò vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondum editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito. *) accedunt etiam R. P. Jacobi Goar variae in Cedrenum animadversiones eruditissimae, quae non modicam Cedreno lucem adferent. postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam auctior editio quam emendatior operam nostram prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra veniisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regis Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasii Bibliothecarii historia Ecclesiastica hactenus inedita, quae beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. sequentur et alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum reipublicae literariae intersit hi tantum intelligunt qui literas tractant vel fovent. vale.

*) Non possumus citra crimen ingrati praeterire auctores graeco-barbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Jacobi Mentelli medici Parisiensis. *Fabrotus in calce Nicetae.*

**GUILIELMI XYLANDRI
AUGUSTANI
IN GEORGII CEDRENI ANNALES SUOS**

PRAEFATIO

AD MAGNIFICOS ET GENEROSOS DOMINOS

D. MARCUM ET D. IOANNEM FUGGEROS, ANTONII FF.

**FRATRES GERMANOS, KIRCHBERGI ET WEISSENHORNII,
DOMINOS ETC.,**

OPTIMARUM LITTERARUM ALUMNOS GRATISSIMOS.

Georgii Cedreni Annales, qui auspiciis ac impensis vestris, Viri amplissimi, a me non sine magnis aerumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quam de re potissimum apud vos dissererem. sive enim historiae utilitates explicandae essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, iampridem id propositum ita copiose ornateque noram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiae crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. sive in vestris laudibus praedicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque haec Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando me munus captare quam grati animi significationem parvis virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat iudicaturus? itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi, praesertim cum re-

cordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. sed et alienum aliquid personis vestris aut praesente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. itaque in praesentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac reipublicae in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam praemonito, dedicationis munere defungi.

Iam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriae prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. eo tamen inclinatus animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. meae coniecturae ansam praebent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et caeremoniis habet disputationes. de quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu iudicet: quid ego iudicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isacio Comneno (qui iniit imperium eodem fere quo Henricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinunt. is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. fuit hic Isacius Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani aequalis, et cecepit Cpolititanum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensitisse. sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribae istius opera pervenerunt, dubitari haud iniuria potest: non enim mendosa modo quaedam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et iudicio aliquantum quam vulgus acriori praeditos, ubi lectionem huius operis instituerint, molestiae principio aliquid aut etiam nauseae contracturos. pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo

ordine ea proponit quae in sacris literis et Flavii Iosephi antiquitatis Iudaicae descriptione atque alibi copiose describuntur; et inserit mala nescio quam relatu aut creditu digna; et interpolatis narrationibus saepe, saepe mutilatis, aliquando idem non sine taedio et odio inculcat. in summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis ieiunus plane est. res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignaras. et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantiam usque Magnum nihil praeclari aut etiam operae pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet "quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?" digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Iudaeos, et alia id genus, talia sunt quae Annalibus parum omnino convenient et non possint a quovis ventriculo concoqui. quae ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitae institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum εὐθύθη. certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso praeteritarum aut minus commode tractatarum cognitio repeti possit. hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quae cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiae amatores conciliare possint debeantque gratiam. in Iustiniano praesertim magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolititanis imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. nam quae ante novae Romae ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac iudicio perexiguo consarcinasse: in Cpolis autem rebus et exercitior fuit, ut apparet, et maiore est usus industria; et si quid ego iudico, hoc illi ἔργον fuit, cetera πάρεργα. qui eum cum Zonara conferent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. nam omisit Zonaras multa quae noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. multa ille breviter admodum indicavit, quae sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. neque ego primus hoc deprehendi: sed Wolfius noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrationes eius evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam

praefixerat qua argumentum eius in haec verba exprimitur "tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria praetermissa, brevitatis, ut opinor, studio, sed certo non praetermittenda: quodsi mihi optio data fuisset ab initio, hanc Zonarae praetulissem. nunc cum Zonaras denuo edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus pellegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonarae suis locis certa nota apposita inserendum." haec Wolfius; qui haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno iudicium, ad ea respexit praecipue quae aliunde quam ex eo aut Zonara repeti commode non possunt. nam duo priores Zonarae tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quae ad Constantinum usque Magnum noster collogit. et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quae cognitu digna atque utilia tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. enimvero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonarae Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani Egnatii Panvini, imperatores et historiae partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. quae utilitas vel sola eius editionem apprime apud aequos lectores gratiosam facere debet. neque nunc proponam exempla: tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostrae praebebunt, tamen malo haec solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me iactare. addatur et hoc: cum eorum quae sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis huius scriptoris locis posse explicari atque illustrari; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis recolendae adiumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium: legatur, ipsus se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera. venio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel iactem vel etiam ἀκνισμῶ extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror; neque etiam ut qui vestris et aliorum honorum (ceteros enim nihil moror) iudiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim: sed quod, cum ipse in hoc opere falsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. primo omnium ne conatus quidem sum id consequi, ut Zonarae Nicetae ac Gregorae facundiam Latinam parem Cedreno conciliarem. nam probe mihi meae conscius tenuitatis, nemine etiam monente habebam exploratum me moliri hoc non debere quod ele-

gans pastor merito odisse ait, Ἴσον ὄρεως κορυφῇ τελέσαι δόμον ὠροπέδοντος. et quidem Graecae linguae usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo foro disertum, non difficulter iudicabunt lectores; quo minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius et nitidiusque ipso loquuntur. ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum praecedentis verba subsequor et exprimere conor. sed hoc quidquid est mali, aequanimitas lectorum vel dissimulabit vel corriget.

Postquam vos, Maecenatis nomine dignissimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me honesto sentientes, impulsore maxime D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosae in cultores bonarum artium humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis carissimo et acceptissimo, de me autem iamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hac mea conditione referre?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit obliteraturum; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (nihil iam de ipsius laudibus dicam, cum praedicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me persecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendae Graecae historiae recte se traditarum mihi existimavit; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut expectationi vestrae meisque promissis maturo et fideliter satisfacerem. omnia expeditu facilia fore animo praeceperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum susciperem. sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcaeus olim eleganter cecinit:

delata in altum cum semel est mare,
quocumque tempestas vocabit,
ut tibi navis eat necesse est.

multa spem meam fefellerunt. incidi in loca vel obscura vel mutila saepe; ubi cum nonnisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me haerere. coniecturas scio aliquid posse, sed eae neque satis tutae aliquando sunt, et non raro quod conicerem aut quo

me referrem non succurrebat. ne tamen vel auctori vel lectori mea ignorantio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. maximo barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnam copiam lector inveniet, partim hybridarum ac *μῆθοβαρβάρων* aut (si ita velit aliquis) *μῆελλήνων*, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinorum. quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, cumparia, barducium, laesa, et alia plura; alia officiorum appellationes, ut barangī, protovestiarius, logotheta dromi, canicium, protospatharius, drungarius, ameras. reperiet etiam multa Latina Graeco habitu volata, *κινστήραν*, *σκάμνον*, *λεγάτα*, silentium, asecretia, scalam, *κοῦρσον*, sexcenta alia. in quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio: fui certe moleste occupatus. quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quae apud alios scriptores iisdem de rebus habentur; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori fuisset non ingratum. verum ego brevitati studui; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quae alio loco commodius me persecutorum videbam, cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quaedam diligentius scrutandum, confido. mihi quidem incredibili labore constiterunt. ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adiumenti; quod ego spero fore. numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent; nisi quod saepe plura unico sumus complexi loca. ad finem tabulas chronologicas *) adieci, iampridem eas a me compositas, et cum ad alia tum ad *συγχρονισμῶς* prompte inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. in his fere sum Funckium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam et disputem videor mihi habere; quod ipsum quale sit, alio loco, si deus volet, proferetur. Graecus codex editur diligentissime et summa

*) haec chronologia quia virorum doctorum iudicio non satis accurata est, in hac editione praetermissa est. FARR.

fide ac labore non exiguo descriptus, collatusque cum vestro exemplo. ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. confido tamen aequos peritosque rerum et aerumnarum quae in huiusmodi operibus sunt exauctandae lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legendo utilitatem delectationemque capient: vobis, inquam, non mihi. tametsi enim studio rei publicae literariae iuvandae atque locupletandae tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suae liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. et quamvis multo est quam imperiti credere possint aerumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere; et non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui frugibus vescuntur; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meae vobis operae offerendae atque navandae causam, ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. at vestrae magnificentiae quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a re publica literaria et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impalit audax ut libros facerem. quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum literarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, praeter publicae utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cædreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famae ignarus, ut vos et avitae et vestris meritis partae gloriae inopes suspicetur voluisse huius liberalitatis opportu-

**

cordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. sed et alienum aliquid personis vestris aut praesente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens: neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. itaque in praesentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac reipublicae in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam praemonito, dedicationis munere desungi.

Iam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriae prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. eo tamen inclinatus animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. meae coniecturae ansam praebent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et caeremoniis habet disputationes. de quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu iudicet: quid ego iudicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isacio Comneno (qui inivit imperium eodem fere quo Henricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales; hi enim in istum desinunt. is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isacii Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. fuit hic Isacius Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani aequalis, et incepit Cpolitatum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensitisse. sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribae istius opera pervenerunt, dubitari haud iniuria potest: non enim mendosa modo quaedam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et iudicio aliquantum quam vulgus acriori praeditos, ubi lectionem huius operis instituerint, molestiae principio aliquid aut etiam nauseae contracturos. pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo

ordine ea proponit quae in sacris literis et Flavii Iosephi antiquitatis Iudaicae descriptione atque alibi copiose describuntur; et inserit multa nescio quam relatu aut creditu digna; et interpolatis narrationibus saepe, saepe mutilatis, aliquando idem non sine taedio et odio inculcat. in summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis ieiunus plane est. res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignarus. et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum neque Magnum nihil praeclari aut etiam operae pretii est consecutus, ut subverear ne quis ista legens exclamet "quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu?" digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Iudaeos, et alia id genus, talia sunt quae Annalibus parum omnino convenient et non possint a quovis ventriculo concoqui. quae ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedreum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitae institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum ἐνθήθη. certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiae ab ipso praeteritarum aut minus commode tractatarum cognitio repeti possit. hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quae cum alibi non inveniuntur, maximam ei apud omnes veritatis et historiae amatores conciliare possint debeantque gratiam. in Iustiniano praesertim magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitani imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. nam quae ante novae Romae ortum habet, ea videtur utcumque ex variis libris non magna cura ac iudicio perexiguo consarcinasse: in Cpolis autem rebus et exercitior fuit, ut apparet, et maiore est usus industria; et si quid ego iudico, hoc illi ἔργον fuit, cetera πάρεργα. qui eum cum Zonara conferent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. nam omisit Zonaras multa quae noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. multa ille breviter admodum indicavit, quae sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. neque ego primus hoc deprehendi: sed Wolfius noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrationes eius evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam

nitae nomini vestro laudem decusque conciliare. enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenebris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriae demonstratis et rem publicam augetis atque exornatis, non id gloriae, qua abundatis, quaerendae studio, sed laudatissimi piaie inclytaeque memoriae herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hereditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriae repraesentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valet, Viri amplissimi ac veri Maecenates; nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergae Nonis Ianuarii, anno a natali Christi 1566.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΤΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

Georg. Cedrenus tom. I.

1



ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ
ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ,
ΣΤΑΛΕΓΜΕΝΑ ΠΑΡΑ ΚΥΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΛΡΗΝΟΥ
ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ. *)

Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν P 1 ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὁ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου εἰς Μαξιμιανὸν καὶ Μαξιμῖνον τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογη-

**) Cod. Coislin. 136 ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 207—8: Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφείσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρογγαρίου τῆς βίβλου τοῦ Σκυλίτζη. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἀρίστα μετὰ τοὺς παλαιούς ἐπραγματεύσαντο πρῶτον μὲν*

COMPENDIUM HISTORiarUM,
A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM
COMNENUM IMPERATOREM
A DN. GEORGIO CEDRENO EX DIVERSIS
LIBRIS COLLECTUM,
GUILIELMO XYLANDRO AUGUSTANO
INTERPRETE.

Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus, usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos rem perduxit; et quo is loco desit,

τῆς Θεοφάνης τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οὐκ εὐλαβῶς ἀρχὴν τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ κατήντησε. μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης καὶ ὁ ὑπέριμος Ψελλός καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπειρώκασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ὁ γὰρ P 2 Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι, Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρύξ, Λέων ὁ Καρίας, Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστίας, καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος, καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης, οὐκ εὐλαβῶς ἀρχὴν

ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος χρηματίσας Ταρσίσιον τοῦ ἀγιωτάτου πατριάρχου, μετ' ἐκείνου δὲ ὁ ὁμολογητῆς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἁγροῦ ἡγούμενος, ἐπιστατικώτερον τὰς ἱστορικὰς ἐπιδραμόντας βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπειροεργῶ, μόνον οὐκ ἐπὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος ἀπὸ καταβολῆς ἀρχάμενος κόσμον ἐς τοὺς τυράντους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμίον (Μαξέντιον Montfaucon). ὁ δὲ Θεοφάνης τὸ τέλος οὐκ εὐλαβῶς ἀρχὴν ποιησάμενος καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμῶν χρονολογίαν καὶ εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταρτίσας ἔστη τὸν δρόμον. μετὰ δὲ τούτων οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιοῦτῳ σπουδάσματι. ἐπεχείρησαν μὲν γὰρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὑπάτος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέριμος ὁ Ψελλός, καὶ πρὸς τοῦτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἀψάμενοι τοῦ ἔργου τῆς τε ἀκριβείας ἐκπεπώκασιν, τὰ πλείεστα τῶν καιριοτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραφάμενοι ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ἀφέλησαν. ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, Ἰωσήφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρύξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεπιθὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδός, οὐκ εὐλαβῶς ἀρχὴν ποιησάμενος, ὁ μὲν ἐπαινοῦν βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος δὲ φίλον ἐγκωμίων, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἑκαστος ἀποκληροῦντες σκοπὸν, κόρησεν τῆς τῶν εἰρημνίων ἀνδρῶν πε-

inde principiam sumens Theophanes confessor obitu Nicephori, qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finiit. post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus, ac praeter hos alii. ceterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud praestitere quam quod nuda regum enumeratione exposita, quis cui in imperio successisset docuerunt. nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Theodorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Augustanus, Demetrius item Cyzicenus ac Ioannes monachus, horum quivis peculiari sibi proposito

τὰ εἰκότα συνελέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς Λεπτῆς Γενέσεως οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ιστοριῶν καὶ ἀπ' ἐτέρων βιβλίων, καὶ ὅψ' ἐν ἐπιδρομάδῃ συνθένεμοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφήν ἀπαλὴν καὶ ἀηλεσμένην, ἢ 5
C οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ιστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ἔχουεν ὑπομνήματα (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δ' ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνει τὴν μνήμην, ὥσπερ τοῦναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥαστώγη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἥ τινὶ πάντως ἐπεται λήθη, ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμέ- 10
 νων), οἱ δὲ μήπω ἐντετυχηκότες ταῖς ιστορίαις ὁδηγὸν ἔχουεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. παχυμερῶς εἰπὼν τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων, μετὰ ταῦτα λεπτομερῶς ἐξηγεῖται τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως, λέγων "καὶ εἶπεν ὁ Θεός, 15
 γενηθήτω φῶς." Ἰστέον οὖν ὅτι πᾶν ὃ ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου
D τούτου συστάσεως, ἐν φωτὶ ἦν· οὔτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι ἐν σκότει διήγον οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιοι στρατιαί, ἀλλ' ἐν τῷ φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ τὴν πρέπουσαν αὐταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι. τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφα- 20
 πλώσεως καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. ἐπὶ τούτων τολνν εἶπεν ὁ Θεὸς γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· ἐχωρίσθη γὰρ

5 μεταλελοίπαμεν P i. e. editio Parisiensis
 ἐπὶ malebat Xylander

21 καὶ] κατὰ ?

ctis etiam quae, cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus, non pauca etiam ex parva Genesi, ecclesiasticis historiis aliisque libris complexi, cursim omnia in unum composuimus volumen. quod opus posteris relinquimus tanquam alimentum tenerum ac mola praeparatum, ut et qui dictorum historicorum scripta legerunt, commentarios habeant (etenim lectio ad recordationem excitandam est efficax, recordationi ad alendam augendamque memoriam vis est, quemadmodum contra incuria et negligentia immemores reddit; unde prorsus oblivio consequitur, memoriam rerum gestarum obscurans atque confundens) et qui historias nondum cognoverunt, hoc compendio ductoris loco utantur.

Principio fecit deus caelum et terram. confusius iis mundi partibus nominatis quae maxime reliquas in se continent, distinctius deinceps creationis principium enarrat, dicens "et dixit deus, fiat lux." sciendum est, quidquid ante huius mundi constitutionem exstitit, id in luce fuisse. nam neque angelorum choreae in tenebris debebant neque universi caelestes exercitus, sed in luce, et omni spiritibus congruente laetitia suum quivis munus obibant. tenebrae autem extensione caeli, qua tegebantur ea quae infra caelum sunt, exstiterunt. de his ergo dixit deus "fiat lux," ac exstitit lux. nam a tenebris separata est, et ab opi-

ἐπὶ τῶν σκότους, καὶ ἡμέρα ἑνομήσθη παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. ἢ πρώτη ἐστὶ τοῦ παρ' Ἑβραίοις λεγομένου Νισάν τοῦ πρώτου μηνός, εικοστὴ δὲ πεμπτὴ τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνός, P 3 παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ζ' Φαμενώ τοῦ κατ' ἐπὶ καλουμένου παρ' αὐτοῖς 5 μηνός. ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν ἐπὶ τῇ θείᾳ συλλήψι τοῦ σωτήρος ἡμῶν Θεοῦ τῇ παναχράντῳ Θεοτόκῳ ἐφθέγγετο. ἐν ταύτῃ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν ἕξ αὐτῆς ἀρρητον γέννησιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη ἤπειρ καὶ κυριακὸν πάσχα οἱ ἅγιοι πατέρες ὠνόμασαν, ἀρχὴν λα- 10 βόντες κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν τοῦ πεντακισχιλιοστοῦ πεντακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ἐννάτου ἔτους B ἐπὶ κτίσεως κόσμου. καὶ τινὲς δὲ τῶν ἁγίων Θεοφόρων πατέρων ἐν τῇ αὐτῇ ἔφασαν τῇ ἡμέρᾳ, δηλονότι τοῦ Μαρτίου μηνός, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν 15 γενήσασθαι παρουσίαν, ἐν ᾗ κρινεῖ πᾶσαν πνοήν, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπ' αὐτῆς πάλιν τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος. οὗτι ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἣτις ἦν κυριακὴ, ἤγουν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πνεῦμα καὶ φῶς καὶ πρῶτον ἡμέρον καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος τὸ σκότος, ὁμοῦ ἐργα 20 ἐπία. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὴν πρώτην ἡμέραν νοητὴν λέγει διὰ τὸ ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον. ἐν C

13 τῇ ἡμέρᾳ] ταύτῃ ἡμέρᾳ?

hic ei nomen diei impositum. est autem prima dies primi Ebraeorum mensis, qui mensis ab iis Nisan dicitur; eademque quinta post vigesimam eius mensis quem Romani Martium vocant, apud Aegyptios est septima mensis, quem ii Phamenoth appellant, estque iis in ordine vigesimus nonus. ea die divinam dei nostri servatoris conceptionem castissimae virginis dei genitrici Gabrielus salutatione denuntiavit. eadem die unigenitus patris filius, cum ex ea ineffabili modo natus omni suo in carne defunctus esset officio, e mortuis surrexit. quam diem etiam pascha dominicum beati patres nominarunt, facto eius rei initio ab ea ipsa sacra die vivificae resurrectionis, quae fuit anno ab origine mundi quinquies millesimo quingentesimo trigesimo. praeterea quidam beatorum et divino instinctu praedictorum patrum eadem die (nimirum 25 Martii) alterum filii dei et servatoris nostri Iesu Christi adventum fore pronuntiaverunt, quo de omni anima est iudicium acturus, quippe futuram saeculum rursus ab hac ipsa die inchoandum existimantes. nota, prima ista die, quae fuit dominica sive prima post sabbatum, fecit deus caelum et terram; spiritum et lucem, diem naturalem, quae die ac nocte constat, ac (quod erat istorum consecretarium) tenebras: septem numero opera effecta. Africanus autem primam diem intelligentia tantum considerari ait, quod eatenus lux quae ante omnia creata fuit, internosci non potuerit ac diffusa fuerit. secunda naturali die

τῷ δευτέρῳ δὲ νυχθημέρῳ ἐγένετο στερέωμα, ἔργον ἔν. στερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημιουργήματα διὰ τὸ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ ὑποκειμένων λεπτὴν εἶναι καὶ ἀραιάν, οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθορᾶσθαι τρόπον δέριως ὑπὲρ κεφαλῆς ἠπλωμένος. ἐν τῷ τρίτῳ νυχθημέρῳ φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρασις, παράδεισος, δένδρα 5 παντοῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα, ἔργα τέσσαρα. ἔξῃ δὲ ἐπεκλήθη ἡ γῆ, ἐπειδὴ καὶ ἴδιον αὐτῆς ἔστι κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα· τὸ γὰρ κυρίως ξηρὸν γῆ ἔστιν. ἐπειδὴ ὡσπερ τι βάρος ἀπέθετο

D τὰ ἐπικείμενα αὐτῇ ὕδατα, λοιπὸν βλαστάνειν προσετάχθη. ψυχὴν δὲ ζῶσαν ἔξαγαγεῖν ἐκέλευσθη, ἔν' ἐκ τούτου γινώσκηται τῆς 10 τε ἀλόγου ψυχῆς ἢ διαφορὰ καὶ τῆς ἀνθρωπείας· ἐκ γὰρ γῆς ἐφύη τῶν ἀλόγων ἢ ψυχῆ, ἢ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ θεοῦ ἐμφυσήματος συνέστη. καὶ ὅτι γεηρά ἔστι τῶν ἀλόγων ἢ ψυχῆ, ἐξ αὐτῆς ἔστι γινῶναι πάλιν τῆς γραφῆς· εἴρηται γάρ, ψυχὴ παντὸς κτήνους τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔστιν. αἷμα δὲ πηγνύμενον εἰς σάρκα 15 μεταβάλλεται, σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. εἰκότως οὖν γεώδης ἢ τῶν ἀλόγων ψυχῆ. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἔργα τρία. τῶν

P 4 φωστῆρων γενομένων πολυμερές τῷ παντὶ παρεσχέθη ὕψελος, ἐκ τε τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδόσι καταγάζειν τὸν κόσμον 20 πλουσίως, ἐκ τε τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι τὴν τῶν χρόνων ἀπαριθμησιν γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων, οἷά ἔστι διὰ τῆς σελήνης φαίνεσθαι. λεπτὴ γὰρ οὐσα ταῖς κεραταῖς καὶ καθαυτὰ

8 ἐπειδὴ δὲ ὡσπερ?

21 τοῦ] τοῦ τῷ?

22 καὶ] κάκ?

firmamentum est factum: opus unum. hoc autem nomen habet, propterea quod tenuis est et rara eorum quae supra id atque infra sunt natura. caelum autem (Graece οὐρανός) dicitur, quod pellis instar videtur supra caput expansum. tertia die terrae apparitio ac siccatio, paradisi, omnis generis arbores, herbae et semina: quattuor opera, arida autem seu sicca appellata fuit terra, quod nomen naturae eius proprium est: proprie enim siccum quod sit, terra est. haec ubi se iniectionis desuper aquis exoneravit, iussa porro est germinare. iussa est autem producere animam viventem, ut inde cognosceretur bruti ac hominis animae discrimen: nam brutorum anima ex terra est nata, hominis autem ex divina inspiratione orta est. esse autem brutorum animam terrenam, rursum ex ipsa potest intelligi scriptura: dicit enim "anima omnis pecoris est sanguis eius." porro sanguis concretus in carnem mutatur, caro suo interitu in terram dissolvitur. itaque consentaneum est brutorum animam esse terrenam. quarta die solem lunam et stellas deus fecit: tria opera. luminarium ortus multiplicem universo utilitatem attulit, cum lucendo suoque splendore mundum affatim illustrando, tum ortu obituque suo tempora distinguendo. tum qualia signa praebeant, luna declarat; cuius cornua acuta ac pura si sint, constantem diei sere-

περὶ τὴν ἡμέραν σταθαρὰν εὐδίαν κατεπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεφαλαῖς καὶ ὑπέρουθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ χιμῶνα ἔσσειναι μηνύει. ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνθρακώδης γινόμενος καὶ ὕφαιμος ταῖς ἀκτίσιν ἢ τὸ ἀπαύγασμα βίαιαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγενέσθαι. καὶ μάρτυρες τούτων πλωτῆρες καὶ γεωροὶ καὶ ὁδοιπόροι. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ ἐρπετὰ, τὰ νηκτὰ πάντα, κήτη ἰχθύες καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν, ἔτι τε καὶ πετεινά, ἔργα τρία. τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ τετράποδα, τὰ ἐρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα εἰκοσιδύο, 10 *ἰσάριθμα* τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βίβλοις καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδάμ ἕως Ἰακώβ εἰκοσιδύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν *Λεπτῇ* φέρεται *Γένεσι*, ἣν καὶ *Μωσέως* εἶναι φασὶ τινες ἀποκάλεψιν. αὕτη τὰς οὐρανίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι. τίνας δὲ χάριν τὴν ζ' ἡμέραν ἐβλόγησεν ὁ θεός, καὶ οὐ 15 *κύσας*; φασὶ τινες. λέγομεν οὖν ὅτι ἐκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχε τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἐμίλεν αὕτη μόνη μένειν ἀγέραστος, μηδεμίᾳς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, τούτου χάριν ἠβλογήθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἡγιάσθη, καὶ σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς 20 *τύπος* τῆς ἐβδόμης χιλιετηρίδος καὶ τῆς τῶν ἡμερωτῶν συντελείας, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ καὶ ἡ *Λεπτὴ Γένεσις*.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἐρπετὰ ὁμόφωνα ἦσαν

mitatem promittit, sin obtusis cornibus ac subrubens appareat, aut largos imbres aut tempestatem fore indicat. eodem modo sol quoque, si prunae instar candeat ac sanguinis colore tinctos radios splendoremque edat, motum violentum imminere ostendit. testes harum rerum sunt nautae agricolae viatores. quinta die repentina, quaecunque natant, cetos, pisces, et quaecunque in aquis vivunt, ac praeterea volucres deus creavit: opera tria. sexta die quadrupeda, ea quae humi serpunt, bestias et hominem: opera quattuor. numerus omnium operum simul vigintiduo; quae summa aequat numerum literarum Ebraicarum, et rursus librorum quibus Iudaei utuntur, itemque vigintiduo graduum generis ab Adam usque ad Iacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli aiunt esse Mosis patefactionem. idem liber tradit caelestes quoque potentias prima die creatas esse. cur autem, inquit quidam, non omnes, sed septimum duntaxat diem deus faustum esse iussit? respondemus reliquarum unamquamque ex opificio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denuntiationem: cum autem sola septima eo honore esset caritura, nullo ea die opere condito, ideo ipsa quoque a deo sancta esse iussa est ac consecrata et sabbatum appellata; ut quae requietem afferat, et repraesentet septimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum; ut Iosephus testatur et parva Genes.

Bestiae ac quadrupeda et reptilia ante delictum communi cum ho-

- D** πρὸ τῆς παραβύσεως τῷ ἀνθρώπῳ, διότι, φησὶν, ὁ ὄφρις ἀνθρω-
 πίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Ἐῤῥα. πῦσα δὲ λογικὴ φύσις κατ' εἰκόνα
 Θεοῦ, ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατὰ εἰκόνα Θεοῦ· τὸν γὰρ ὄφριν ὁμο-
 λογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Ἐῤῥα, στόμα γενόμενον τῷ νοητῷ ὄφει,
 ἐν ᾧ ἐνεργήσας ὡς συνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τὰ λοιπὰ θη- 5
 ρία δι' αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν
 ἀψύχοις εἰδώλοις λαλήσας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως
 εἰδωλολάτραις. τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφριν τετράπονον τὸ πρὶν καὶ μετὰ
 τὴν πονηρὰν εἰσῆγησιν ἐρπυστικόν, καὶ ἰὸν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν
P 5 ἐντεθῆναι, οὐκ ἀπιστοῦμεν. φρόνιμος δὲ ὁ ὄφρις ἐκλήθη, ὅτι τὸ 10
 λογικὸν ζῷον τὸν ἀνθρώπον, καὶ τῶν ἄλλων ἀγγινοῖα διαφέρων,
 ἔξυπατῶν ἔμελλεν. ἄλλοι δὲ φασιν ὅτι οὐ τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ
 ὁ ὄφρις ἐχρήσατο· ἀλλ' οἱ πρωτόπλαστοι, ἕτε κακίας ὄντες ἀμι-
 γεῖς, ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολὺ τῶν ἡμετέρων
 διαλλατούσας, ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πίσεως ὑπάρχειν φωνῆς 15
 ἀκουστικῆν. ἐπειδὴ γὰρ βασιλεὺς ὥσπερ προήχθη ἐν τῷ κόσμῳ
 ὁ ἀνθρώπος, εἰκότως κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγέννηται· ἔδει γὰρ τὸν
 μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὥσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἔμψυχον τῆς
 τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος, οὐκ ἐν πορφυρίδι καὶ σκήπτρῳ καὶ
B διαδήματι τὴν ἄξίαν ἐμφαίνοντα, ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τοῦ- 20
 τοις ἔστιν, ἀλλ' ἐν τῷ κεκοσμηθῆναι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ
 καὶ ἀρετῇ· τούτοις γὰρ τιμηθεῖς ὁ ἀνθρώπος τὴν πρὸς τὸ πρωτό-

minibus voce usa sunt. nam (inquit) serpens humana voce Evam est allocutus. omnis autem natura ratione praedita est secundum imaginem dei. at vero ista non sunt facta secundum imaginem dei. etenim serpentem fatemur Evae verba fecisse, ita quidem ut is oris loco fuerit serpenti, quem et significatum intelligentia deprehendimus. hic illo, ut cum homine plus quam reliquis sit animantibus consuetudinis habente, usus instrumento, generis nostri auctores decepit. idem postmodo etiam in simulacris inanibus locutus est ad variis modis a se inescatos simulacrorum cultores. neque tamen non credimus serpentem initio fuisse quadrupedem, ac post malitiosam istam inductionem humi serpendi necessitate adstrictum, linguaeque eius virus impositum. vocatus est serpens callidus, quod homini ac animali ratione praedito et reliquis acumine mentis praestanti esset impositurus. alii dicunt non expressis verbis usum serpentem, sed primo creatos homines, utpote ab omni malitia puros, acutissimos habuisse sensus multoque nostris praestantiores; itaque suo auditu omnia vocis genera percepisse. quando enim in mundum homo tanquam rex productus fuit, conveniebat eum ad imaginem dei factum esse: quippe oportebat eum qui aliis esset imperaturus, veluti imaginem quandam animatam esse similitudinis eius qui rex est omnium; qui non purpura scepro ac diademate dignitatem suam monstraret, quando et exemplar ad quod ille factus est nihil horum habet, sed eo quod interitus vacuitate immortalitate ac virtute exornatus esset: his enim rebus decoratus homo similitudinem imaginemque exemplaris ad

ττων εἰκόνα καὶ ὁμοιότητα διασώζει. ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτεξουσιότης
 τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς
 Mercurius denominatus fuit, quod facundus admodum esset ac mathema-
 ticarum rerum sciens. idem hominibus auri ex terrae visceribus eruendi
 artem invenit. Venus erudita admodum fuit et variis rebus ornata: nu-
 puit Adonidi Cinyrae F, philosopho ipsi quoque. narrant eos ad mor-
 tem usque una philosophiae vacasse. Picus, qui idem est Iuppiter, cum
 triginta annos Assyriis imperasset, regno in manus filii sui Beli et Iuno-
 nis, quae soror eius eademque coniux erat, tradito, ad patrem suum
 Saturnum se contulit, propectam iam aetatem misere tolerantem. pater
 ei statim regnum dimisit; et Picus potentia auctus per 62 alios annos
 Italiam rexisset fertur. Belus filius eius hoc nomen ob id quod celeriter
 moveretur habuit. is cum per biennium regnum Assyriorum gessisset,
 in fata concessit. patrum eius Ninus regno potitus, 52 annos Assyriis
 imperavit. ex huius genere etiam Zoroastres nobilis ille apud Persas
 astronomus existit; qui se fulmine ictum ac consumptum iri praedixit,

τὰ ὅσα αὐτοῦ μετὰ τὴν καῦσιν ἀναλαβεῖν καὶ φυλάττειν αὐτοὺς
C καὶ τιμᾶν· καὶ ἕως οὗ, φησί, σώσεισθε ταῦτα, τὸ βασιλεῖον τῆς
 ἑμῶν χώρας οὐκ ἐκλείψει. οὕτως οὖν τούτου πυρὶ οὐρανίῳ τε-
 φρωθέντος τὰ λείψανα αὐτοῦ διὰ τιμῆς εἶχον οἱ Πέρσαι, ἕως τού-
 του καταφρονήσαντες καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσον. τοίνυν μετὰ 5
 Νίνον τὸν τοῦ Διὸς ἀδελφὸν Θουῆρος τῶν Ἀσσυρίων βυσιλεύει.
 τοῦτον ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ζάμις, ὃς ἦν τῆς Ῥέας ἀδελφός, ἐπὶ τῷ
 ὀνόματι τοῦ πλάνητος ἀστέρος Ἄρεα ἐκάλεσεν. ἦν δὲ ὁ Ἄρης
 οὗτος πικρὸς καὶ ἄγαν δυσκαταγώνιστος πολεμιστής, ὃς Κανκάσῳ
 τινὶ ἀνδρὶ γιγαντογενεῖ θυγατρὶ, ἐκ τῆς φυλῆς Ἰάφεθ ὠρομημένῳ, 10
 ἐπελθὼν καὶ καταπολεμήσας καὶ ἀνελὼν παρέλαβε τὴν χώραν ἀ-
D τοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν Θράκην ἐλθὼν καὶ τελευτήσας ἐκεῖ θάπτεται.
 τοίτῳ τῷ Ἄρει πρώτην στήλην ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς
 θεὸν προσκυνοῦσι, Βάαλ ὀνομάζοντες, ὃ ἐρμηνεύεται Ἄρης πολέ-
 μων θεός. μετὰ τοῦτον Λάμις τῶν Ἀσσυρίων ἐβασίλευσεν, εἰτα 15
 Σαρδανάπαλος ὁ μέγας, ὃν καὶ ὁ Διὸς καὶ Δανάης υἱὸς Περσεὺς
 ἀποκτείνας, καὶ ἀπὸ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος, εἰς τὸ
 ἴδιον ὄνομα Πέρσας μετωνόμασεν αὐτούς, καὶ ἐβασίλευσεν αὐτῶν
 ἕτη γγ'.

Μὴ λανθανέτω δὲ μηδένα ἀνθρώπων τῶν ἀληθείας ἀντι- 20
 ποιουμένων, ὅτι Πίκοις οὗτος ὁ Ζεὺς πάντων ἀνθρώπων τῶν ἀπ'
P 17 αἰῶνος ἐξεγηγεμένων πλάτων, γοήτων, φαντασιαστικῶν, μάγων
 δεινῶν, μυσικῶν, τελεστικῶν ἐκτόπων, αὐτὸς ἦν μυσικώτερος καὶ

1 αὐτὰ?

mandavitque Persis ut ossa sua ex incendio legerent ac custodirent at-
 que venerarentur, promittens regnum ex ipsorum natione ablatum non
 iri quamdiu ea colerent. eo itaque fulmine in cineres redacto reliquias
 eius Persae coluerunt, donec iis neglectis regnum etiam amiserunt. cete-
 rum Nino Iovis fratri Thurus in regnum Assyrium successit. hunc Za-
 mis pater, frater Rheae, Martem nomine planetae appellavit. erat autem
 acer valde et superato difficillimus bellator. is Caucasum, potentem ho-
 minem et gigantigenam, ex Iapeti dicionibus profectum aggressus bello
 vicit et occidit, eiusque dicionem occupavit. post in Thraciam venit,
 ibique vita functus et tumultus est. huic Marti primo statuum posue-
 runt Assyrii, atque ut deum adoraverunt, Baalum nominantes; quod
 sonat Martem bellorum deum. post hunc Lamis Assyriis imperavit. ei
 Sardanapalus cognomento magnus successit, quem Perseus Iovis ex Da-
 nae filius interfecit; regnoque Assyriis adempto eos a se Persas deno-
 minavit, iisque per 53 annos imperavit.

Neque vero quisquam veritatis studiosus ignoret Picum istum, qui
 et Iuppiter dicitur, omnium quotquot ab omni aevo exstiterunt imposto-
 rum, praestigatorum, falsis imaginibus ludentium, diris atque abominan-

δραστικώτερος καὶ βδελυρώτερος, μοιχαίαις καὶ ἀνδρομανταῖς καὶ ἀρρητοποιαῖς τε πάσαις καὶ μιαιναῖς καὶ ἀκαθαρταῖς καὶ πάσαις ἀθεμιτοουργίαις καὶ αἰσχροουργίαις ἐναγεστώταις ἐκ νηπίου ἕως ἑκατὸν εἰκοσι χρόνων τῆς ζωῆς αὐτοῦ (τοσουῦτα γὰρ φασιν αὐτὸν ζῆσαι) 5 ἔσχολικῶς, πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν ἀθεμίτους ὑπερβαλῶν. πνεῦμα γὰρ θεομάχον καὶ ἀκαθαρτότατον πάντων πνευμάτων ποιηρῶν ἦν ἐπ' αὐτῷ, ὅς ἐπὶ πλείους χρόνους τῆς Ἰταλίας βασιλεύσας δι' ὑπερβολὴν τοῦ ὑψίστου καὶ μόνου θεοῦ μακροθυμίας, B καὶ πάσας κόρας ὠραίας, ὅσας λίγχοις εἶδεν ὀφθαλμοῖς, δια- 10 φθείρας, εἰς ὃ ποσουμένας, καὶ ταῖς πολλαῖς αὐτῶν μετὰ φαντασιῶν ἀρρήτων καὶ μυστικῶν συναπτόμενος, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ταῖς πλείοσι τῶν αὐτοῦ θιγατέρων, θεὸν φημίξασθαι τοῦτον καὶ ἀνακηρύττεσθαι τοῖς πολλοῖς ἀνέπεισε. καὶ τὸ δὴ χεῖρον ἔτι τοῦ- 15 τόν καὶ ἀτοπώτερον, ὅτι καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν καὶ ταγήν 15 τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ, κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ, οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ ναὸν καὶ μνημεῖον οἰκοδομήσαντες κατέθαψαν, ᾧ καὶ οὕτως ἐπέγραψαν "ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πίκος ὁ καὶ Ζεὺς." καὶ μετὰ ταῦτα ἡ τοῦ C θεομισοῦς αὐτοῦ καὶ ὑπερηφανοῦ πνεύματος ὁσμὴ τὴν οἰκουμένην διατρέχουσα, βασιλείων τε καὶ ἀρχόντων καὶ λαῶν ἀσυνέτων καὶ 20 ἔθνων καρδίας πληρώσασα, ἕως τῆς τοῦ λόγου θεοῦ σαρκώσεως καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη δι' ἀποστόλων ἁγίων καὶ μαρτύρων ἀναδειξέτω πᾶσαν ψυχὴν ἀγνοία καὶ ἀσεβεῖα κρατουμένην εἰς λατρείαν καὶ προσκύνησιν τοῦ ψευδωνύμου θεοῦ τοῦτου τοῦ Διὸς προειρέπειο

dis artibus magicis utentium, sacrificia ab usu hominum abhorrentia ob-
euntium, turpitudinem atrocitatem impuritatemque superasse: quippe iam
inde a pueritia adulteriis, mares depereundo, dictu foedis libidinibus ac
factis, omnis generis obscoenitate atque impuritate ac quibusvis flagitiis
impiisque supra quam dici potest sceleribus deditus, usque ad annum
120 (tot enim vixisse fertur) turpissimam vitam produxit, prioribus pos-
terisque omnibus qui scelerate vixerunt a se ea re superatis. nam spi-
ritu deo adversante omniumque spirituum malorum impurissimo agebat-
ur. is Picos cum per tam multos annos, deo longanimitate summa hoc
sustinente, Italiam rexisset, omnesque formosas puellas, quascunque mol-
libus suis oculis viderat, corrupisset, quarum numerus ad 70 colligitur,
quasdam etiam infandis ac mysticis apparitionibus delusas, cumque adeo
plerasque suas filias vitiasset, malus ille spiritus multitudini tamen per-
suasit ut eum deum pronuntiarent. id vero deterius adhuc est et ab-
surdius, quod cum mortuus et (quod mandaverat) in Creta sepultus
esset, ubi necessarii ei humato fanum ac monumentum exstruxerunt cum
hac inscriptione "heic situs est Picos, qui et Iuppiter, mortuus," post-
modo odor deo inimici illius ac superbi qui eum rexerat spiritus, orbem
terrarum cursu pervagatus, regum principum populorum gentiumque sto-
lida corda implevit, ut animis inscitia atque impietate occupatis hunc
falso nominatum deum Iovem, aliosque huius similes et cognatos daemo-

καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ δαιμόνων καὶ συγγενῶν. εἶναι δὲ τὴν τοῦ
του μητέρα Σεμίρουμιν καὶ αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὴν γενεὰν αὐτοῦ
κατὰ τοὺς χρόνους ἰστοροῦσι τοῦ Ἀβραάμ· ἐπρεπε γὰρ τοῦ δια-
D βόλου εἰς λόμην πολλῶν τὴν κατὰ τὸν ἔχθιστον τοῦτον Δίῳ γενεὰν
ἐκλεξαμένον, τότε καὶ τὸν θεὸν τὸν ἀληθῆ εἰς πολλῶν σωτηρίαν 5
τὸν δίκαιον καλέσαι Ἀβραάμ. οὗτος ὁ Ζεὺς πρὸς τοῖς ἄλλοις
υἱοῖς ἔσχε καὶ Φαῦνον καὶ Περσέα καὶ Ἀπόλλωνα· ἀλλὰ τὸν μὲν
Φαῦνον ἐπ' ὀνόματι τοῦ πλάνητος ἀστέρους ἐκάλεσεν Ἑρμῆν, ὃς
καὶ μετὰ τὴν Διὸς τελευτὴν ἐβασίλευσε τῆς Ἰταλίας ἔτη τριάκοντα
πέντε, ἦν δὲ πενοῦργος ἀνὴρ καὶ μαθηματικὸς καὶ λογιώτατος. 10
ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἐπεβουλεύθη (αὐτὸς γὰρ Μαιά-
δος γυναικὸς ἦν υἱός, ἦν πρώτην ἔσχεν ὁ Ζεὺς ἐν Ἰταλίᾳ, Ἀλκμή-
P 18 νην δὲ τὴν Θηβαίαν μετ' αὐτήν, ἐξ ἧς τὸν τρίσπερον ἔσχεν Ἑρα-
κλέα), πολὺν χρυσὸν ἐγκολπωσάμενος εἰς Αἴγυπτον ἦλθε, καὶ τῇ
τούτου ἐπιδόσει καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῇ μαντείᾳ καὶ τοῖς χρησιμῶν 15
μασιν ἀγαπηθεὶς καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀποθεωθεὶς, Μέστρεμ τοῦ υἱοῦ
Χάμ τοῦ ἐκεῖ βασιλεύοντος ἀποθανόντος εὐθὺς ἀναγορεύεται, καὶ
ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ τῶν μελλόντων προρρήσει ὡς θεὸς κλειζόμενος
ἐπὶ 19 ἔτη Αἰγύπτου βασιλεύει. ὁ δὲ Ἀπόλλων πνεύματι Πύθω-
νος ἐκ νεότητος κάτοχος ὢν ἕως τελευτῆς αὐτοῦ, οὐδὲ μετὰ τελευ- 20
τὴν αὐτοῦ τῆς φληναφείας ἐπαύσατο ὁ πονηρός· ἔστι γὰρ τοῦτο
εἶδος πνεύματος μαντικώτατον, πολλὰ μὲν ἀληθῆ, τὰ δὲ πλεῖστα

nes, divino cultu atque adoratione eo usque honorarent, dum verbum
dei carnem induit, idque gentibus beatorum apostolorum ac martyrum
ministerio innotuit. narrant hunc Iovem ac matrem eius Semiramidem
reliquumque eius genus Abrahami aetate exstitisse. conveniebat enim
ut quam aetatem diabolus ad perniciem multis opera invisissimi istius
Iovis struendam delegerat, eadem etiam verus deus salutis multorum
causa iustum Abrahamum vocaret. Iuppiter cum alios filios, tum Fau-
num Perseum et Apollinem habuit. ac Faunum quidem desumpto ab er-
rante stella nomine Mercurium appellavit; isque a morte Iovis regnum
Italiae annos 35 tenuit. homo fuit versutus, mathematicus, disertissimus.
cum vero insidiis reliquorum fratrum peteretur (filius enim Maia-
dis mulieris erat, quam in Italia primam habuit uxorem Iuppiter; ac post
eam Alcmenem Thebanam, quae ei trivesperum Herculem peperit) ma-
gna vi auri suffarcinatus in Aegyptum venit. ibi ob auri eius largitio-
nem facundiam divinandi scientiam et oracula gratiosus factus ac pro
deo habitus, Mezromo Chami filio, qui regnum Aegypti tunc tenebat,
mortuo subrogatur. ubi cum fastu et praedictione futurorum, deus ap-
pellatus, per annos undequadragesima id regnum gessit. ceterum Apollo,
cum ab ineunte aetate spiritu Pythonis fuisset afflatus, isque spiritus ei
per omnem vitam adfuisset, ne mortuo quidem eo istarum nugarum finem
fecit diabolus. maxima divinandi facultate id genus spiritus pollet,
multa vera, pleraque autem ambigua et ancipitia ob ignorationem di-

λέγον ἀμφίβολα καὶ ἀμφιρρεπῆ διὰ τὴν ἄγνοιαν. ὁ δὲ Ἡρακλῆς Β
 πρῶτος κατέδειξε φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς ἐσπερίοις μέρεσι. τοῦτον
 ἀπεθίωσαν οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν, καὶ
 ἐκάλεσαν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀστέρα ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ. ὄντινα Ἡρα-
 5 κλῆς ἐγγράφουσι ἀπὲρ χιτῶνος δορὰν λέοντος ἡμφιεσμένον καὶ
 ῥοπαλον φέροντα καὶ τρία μῆλα κρατοῦντα, ἅπερ ἀφελῆσθαι αὐ-
 τὸν ἐμεθολόγησαν τῷ ῥοπάλῳ φονεύσαντα τὸν δράκοντα, τουτέστι
 νικήσαντα τὸν πονηρὸν καὶ ποικίλον τῆς ἐπιθυμίας λογισμὸν διὰ
 τοῦ ῥοπάλου ἧτοι τῆς φιλοσοφίας, ἔχοντα περιβόλαιον γενναῖον
 10 φρόνημα ὡς δορὰν λέοντος, καὶ οὕτως ἀφελόμενον τὰ τρία μῆλα, C
 ὅπερ ἐστὶ τὰς τρεῖς ἀρετάς, τὸ μὴ ὀργιζέσθαι, τὸ μὴ φιληδονεῖν,
 τὸ μὴ φιλαργυρεῖν. διὰ γὰρ τοῦ ῥοπάλου, τῆς καρτερικῆς ψυχῆς,
 καὶ τῆς δορᾶς, τουτέστι τοῦ σώφρονος λογισμοῦ, ἐνίκησε τὸν
 γῆϊνον τῆς φαύλης ἐπιθυμίας ἀγῶνα, φιλοσοφῆσας ἄχρι θανάτου,
 15 καθὼς Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο, ὃς καὶ ἄλλους Ἡρα-
 κλείς ἰστόρησε γενέσθαι ἐπτά.

Ὁ γοῦν Ἑρμῆς γνοὺς τὴν κατ' αὐτοῦ οὐσκεινὴν τῶν ἀδελ-
 φῶν αὐτοῦ, ὡς εἶπομεν (περὶ ποῦ γὰρ τοὺς ὁ ὑπῆρχον ἀπὸ δια-
 φόρων γυναικῶν γεννηθέντες τῷ Διὶ), ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον
 20 πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ Χάμι υἱοῦ Νῶε, οἵτινες ἐδέξαντο αὐτὸν ἐν D
 τιμῇ· ὃς καὶ διέτριβεν ἐκεῖ ὑπερηφανῶν πάντας καὶ φορῶν χρυ-
 σῆν στολῆν. καὶ ἐφιλοσόφηε παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, λέγων αὐτοῖς
 ματαιείας· λογικὸς γὰρ ἦν φύσει. καὶ προσεκύονον αὐτὸν Ἑρμῆν

10 ἀφελόμενος P

11 ἅπερ P

cens. at Hercules in occidentis terrae partibus primus philosophiam in-
 stituit; quem mortuum ab ipso prognati in deorum numerum rettulerunt,
 sidusque in caelo nomine eius affecerunt. Herculeum istum pingunt in-
 dertam loco vestis exuvio leonis, clavam ferentem ac tria tenentem mala,
 quae fabulantur eum dracone clava occiso abstulisse, hoc notantes, cum
 mala ac varia cupiditatis consilia clavae, hoc est philosophiae, ope vi-
 cisse, amictum veluti pelle leonis animo generoso; atque ita tria mala
 abstulisse, tres scilicet virtutes, quae sunt non irasci, non esse volupta-
 tibus deditum, non esse cupidum pecuniae, clava enim animi tolerantis,
 ac pelle, id est temperantia, terrenum pravae concupiscentiae certamen
 vicit, philosophiam usque ad mortem colendo; quod de eo Herodotus,
 doctissimus scriptor, memoriae prodidit, alios quoque septem Hercules
 fuisse narrans.

Enimvero Mercurius cognitis, ut diximus, quae sibi a fratribus
 (erant autem Iovi ex diversis nati mulieribus filii circiter 70) tendeban-
 tur insidiis, in Aegyptum abiit ad stirpem Chamī, qui erat filius Noe.
 ab iis est cum honore acceptus, ibique permansit omnes prae se despi-
 ciens et auream vestem gerens. philosophatus est autem apud Aegy-
 ptios, vaticinans, ut erat natura disertus. adorabatur ab iis, ac Mercu-
 Georg. Codexms tom. I.

ὡς λέγοντα τὰ μέλλοντα καὶ διακονοῦντα αὐτοῖς τὴν τῶν μελλόντων ἐκ τοῦ Θεοῦ δῆθεν ἀπόκρισιν καὶ παρέχοντα αὐτοῖς χρήματα· ὃν καὶ πλουτοδότην ἐκάλουν ὡς τοῦ χρυσοῦ Θεὸν νομιζόντες.

- Ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δὲ χρόνοις, ἐπὶ τῆς βασιλείας Φοίνικος, ἦν Ἡρακλῆς ὁ φιλόσοφος ὁ λεγόμενος Τύριος, ὅστις ἐφεῦρε 5
 P 19 τὴν κογχύλην. μετεωριζόμενος γὰρ εἰς τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου εἶδε ποιμενικὸν κύνα ἐσθίοντα τὴν λεγομένην κογχύλην, καὶ ποιμένα νομιζόντα αἰμάσσειν τὸν κύνα, ἀπὸ τῶν προβάτων πόκον ἐρέας λαβόντα καταμάσσειν τὰ καταφερόμενα ἐκ τοῦ στόματος τοῦ κυνός. ὁ δὲ Ἡρακλῆς προσισχηκῶς καὶ ἰδὼν αὐτὸ βάμμα τι 10
 ἐξάσσειν ἐθαύμασε· καὶ γινὼς ὅτι ἐκ τῆς κογχύλης ἐστίν, εἰληφὼς τὸν πόκον ὡς μέγυ δῶρον προσήνεγκε τῷ βασιλεῖ τῆς Τύρου Φοίνικι, ὃς καὶ ἐκπλαγείς ἐπὶ τῇ Θεῷ τοῦ βάμματος ἐκέλευσεν ἐξ αὐτοῦ βαφῆναι ἐρέαν καὶ γενέσθαι αὐτῷ βασιλικὸν περιβόλαιον, ὃ περιβαλόμενος αὐτὸς πρῶτος ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων· πρὸ τού- 15
 B του γὰρ οὐκ ἤδεισαν οἱ ἄνθρωποι βάπτειν χροιάς. μετὰ γοῦν χρόνους πολλοὺς οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Φοινίκων χώραν κατασχόντες τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀληθινὸν ἐκ τῆς κογχύλης σχῆμα βασιλικὸν ἐφόρεσαν. μετὰ δὲ Ῥέμον καὶ Ῥωμόλον Νουμῆς βασιλεύσας Ῥωμαίων, καὶ δεξιόμενος πρεσβευτὴς ἐκ τῆς χώρας τῶν λεγομένων Πελασγῶν 20
 φοροῦντας χλαμύδας ἐχούσας ταβλία ῥούσια καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰσαυρίας χώρας, καὶ τερφθεὶς τῷ σχήματι, ἐπενόησε πρῶτος ἐν τῇ Ῥώμῃ χλαμύδας φορεῖσθαι τὰς μὲν βυσιλικὰς πορφύρας, ἐχού-

rius deus appellabatur, quod futura praediceret, ac divinitus nimirum de iis quae post essent eventura responsa administraret, pecuniamque suppeditaret; itaque etiam divitiarum datorem vocabant, pecuniae deum putantes.

Inferioribus temporibus Phoenice regnante, Hercules fuit philosophus cognomento Tyrius. is purpuram invenit. cum enim in eam Tyri partem ascendisset quae ad mare pertinet, pastoris canem vidit concham vorare; pastorem a cane sanguinem emitti putantem, lana ab ove accepta quod ex ore canis defluebat abstergere. at Hercules, qui rem observaret, tincturam eius lanae egregiam cum admiratione vidit; animadversoque liquorem eum ex concha ista fluxisse, lanam istam magni doni loco ad regem Tyri Phoenicem attulit. is spectaculo tincturae istius attonitus iussit hoc modo lanam tingi atque ex ea sibi regiam vestem parari; qua primus hominum indutus omnibus admirationi fuit. nam antea temporis colorum tincturam ignoraverant homines. longo post tempore Romani Phoenicia subacta veram et antiquae respondentem purpuram ad regium amictum adhibuerunt. Numa, qui post Romulum et Remum Romae regnavit, cum ad eum Pelasgorum legati venissent chlamydes gestantes praetextas coccino, quales etiam Isauri gestant, ea forma delectatus primus instituit ut a Romanis chlamydes gestarentur, a

σας ταβλία χρύσεια, τὰς δὲ τῶν συγκλητικῶν καὶ τὰς τῶν ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις χλαμύδας ἐχούσας σήμαντρα τῆς βασιλικῆς φορεσίας, ταβλία πορφυρᾶ δηλοῦντα ἀξίαν Ῥωμαϊκὴν πολιτείας καὶ ὑποταγὴν διαγωγὴν, κλεύσας μηδένα εἰς τὸ αὐτοῦ παλάτιον εἰσελθεῖν συγχωρεῖσθαι ἄνευ τοῦ σχήματος τῆς τοιαύτης χλαμύδος.

Φοῖνιξ δὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀγήνορος ἀνὴρ ἐγένετο σοφός, ὃς στυγεράψατο Φοινικοῖς γράμμασι τὴν ἀριθμητικὴν φιλοσοφίαν, ἐπέξιδετο δὲ καὶ ἀσωμάτων ἀρχάς, καὶ σώματα δὲ μεταβάλλεσθαι, καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ἀλλογενῆ ζῶα εἰσεῖναι. οὗτος πρῶτος ἐξέθετο ταῦτα, ὡς Κλήμης συνεγράψατο ὁ σοφώτατος.

Μετὰ δὲ τὴν Ἑρμοῦ τελευτὴν ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τέσσαρα ἤμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν. ἦν δὲ, φασί, πολεμιστής, ὃν συμπεσόντα τῷ ἵππῳ πληγῆναι τὸν πόδα καὶ χωλεύοντα ἄχρι 10 στέλους διαρκέσαι. ἀπεθεώθη δὲ ὁ Ἥφαιστος ὑπὸ Αἰγυπτίων διὰ τὸ νομοθετῆσαι μονανδρεῖν καὶ σωφρόνως βιοῦν τὰς γυναῖκας τῶν Αἰγυπτίων, τὰς δὲ μοιχευομένας τιμωρεῖσθαι, ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ὁ Πλάτων, πολεμικῶν καὶ γεωργικῶν ἐργαλείων τὴν ἐκ σιδήρου κατασκευὴν αὐτοῖς ὑποδείξαντα· λίθοις γὰρ καὶ ῥοπάλοις ἐπολέμων 20 πρὸ αὐτοῦ, τοῦτον δὲ φασὶ διὰ μυστικῆς εὐχῆς τὴν ὄξυλόβην διξάμενον ἐκ τοῦ ἀέρος, οὕτω τὴν χαλκευτικὴν Αἰγυπτίοις παραδοῦναι.

regibus purpureae, praetextae auro, a senatoribus et iis qui cum magistratu aut imperio essent aliae quae pro indicio regii gestaminis purpura essent praetextae; quo significaretur Romanae rei publicae dignitas et subiectio. edixitque ne quis sine huiusmodi chlamyde in palatium suum intrmitteretur.

Phoenix Agenoris F. vir fuit sapiens, qui philosophiam de numeris conscripsit literis Punicis. exposuit etiam principia incorporea et corporum mutationes animarumque in alterius generis animalia migrationes. primus hic ista exposuit, ut Clemens homo doctissimus scriptum reliquit.

A morte Mercurii Vulcanus regnum Aegypti per annos quattuor cum semisse tenuit. ferunt hunc bellatorem fuisse, ac cum equo corruentem pedem fregisse, unde ad mortem usque claudus permanserit. in deorum numerum eum Aegyptii rettulerunt, quod lege lata ipsorum uxores uno viro contentas esse et pudice vivere iussisset, suppliciumque in adulteras constituisset. aut vero, ut Plato vult, quod eis bellicorum et rusticorum instrumentorum ex ferro fabricationem demonstrasset: ante ipsum enim lapidibus et fustibus praeliabantur. hunc mystica quadam precatione aiunt ex aëre forcipem impetrasse, atque ita Aegyptiis aeris fabricandi artem tradidisse.

Μετὰ δὲ Ἡφαιστον ὁ οὐδὲς αὐτοῦ Ἥλιος καλούμενος ἐπὶ
 P 20 εἴκοσι καὶ ἕμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσε, καὶ μετ' αὐτὸν
 Σῶσις, εἶτα Ὅσιρις, μεθ' ὃν Ὀρος, καὶ μετ' αὐτὸν Θούλης,
 δς καὶ ἕως τοῦ Ὠκλεινοῦ πᾶσαν τὴν γῆν παρελήφεν. ἐπὶ δὲ τὴν
 Ἀφρικὴν ὑποστρέφων εἰς τὸ μαντιεῖον ἐπυθάνετο τίς πρὸ αὐτοῦ 5
 καὶ τίς μετ' αὐτὸν οὕτω δυνήσεται· ἀκοῦσαι δὲ τοῦ χρησμοῦ οὐ-
 τως "πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς· σύμ-
 φωνα δὲ εἰσι τάδε, ὧν κράτος αἰώνιον. ὠκίσι ποσὶ βᾶδιζε, θνητέ,
 ἄδελγον διανύων βίον." τοῦτον εὐθὺς τοῦ μαντείου ἐξεληλυθότα οἱ
 B ἴδιοι ἐν αὐτῇ τῇ Ἀφρικῇ κατέσφαξαν. μετὰ δὲ τοῦτον Σέσωστρις 10
 τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη ἐβασίλευσεν. οὗτος Ἀσσυρίους καὶ
 Χαλδαίους καὶ Πέρσας ἕως Βαβυλῶνος ὑπέταξε, καὶ τὴν Ἀσίαν
 Εὐρώπην καὶ Μυσίαν καὶ Σκυθίαν. ὑποστρέφων δὲ δεκαπέντε
 χιλιάδας ἀνδρῶν νεανίσκων, Σκυθῶν μαχιμωτάτων ἐπιλέκτων, ἐν
 τῇ Περσικῇ γῇ κατέκτισεν. ἐπὶ τούτου Ἐρμῆν φασὶν ἐν Αἰγύπτῳ 15
 θανμαστὸν ἄνδρα γνωσθῆναι καὶ φοβερὸν ἐπὶ σοφίᾳ· δς ἔφρασε
 τρεῖς μεγίστας εἶναι δυνάμεις τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὄλων θεοῦ,
 μίαν θεότητα εἶναι εἶπε· διὸ καὶ τρισμέγιστος Ἐρμῆς κατωνόμα-
 C σται. δς οὕτω πρὸς τινα Ἀσκληπιῶν αὐτοῖς ῥήμασιν ἔφη "ἦν φῶς
 νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν αἶν νοῦς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδέν 20
 ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἐνότης. αἶν ἐν αὐτῷ ὧν αἶν τῷ ἑαυτοῦ νοῦ

18 μίαν δὲ θ.?

Vulcano defuncto filius nomine Sol successit ac rex Aegyptiorum annis viginti semis fuit. post hunc Sosis, inde Osiris, postea Orus, tum Thules Aegyptum, alius post alium rexerunt. Thules omnem terram usque ad Oceanum occupavit: inde in Africam reversus oraculum consuluit, quisnam se prior tantum potestatis habuisset, ac quis post ipsum tantundem habiturus esset. ita ei responsum perhibetur. "principio deus, hinc sermo, atque his spiritus iunctus. haec tria cognata: est illis aeterna potestas. mortalis, celeri gressu te hinc protinus aufer, incertam degens dubio conamine vitam." ferunt hunc, ubi primam aede oraculi egressus est, a suis esse in ipsa Africa iugulatum. successit ei Sesostria, ac 20 annis regnum in Aegyptios gessit. hic Assyrios Chaldaeos et Persas usque ad Babylonem subegit, Asiamque et Europam, Mysiam et Scythiam. reversus quindecim milia Scytharum iuvenum doctos, qui bellatores essent optimi, in Perside collocavit. sub hoc ferunt Mercurium in Aegypto innotuisse, admirabilem virum et sapientiae causa stupendum. is dei universi huius conditoris tres esse maximas facultates, unicam vero divinam naturam dixit. itaque etiam Trismegistus Hermes, quod est Mercurius termaximus, denominatus est. huius ad Aesculapium quendam haec sunt verba. "erat lux intelligens ante lucem intelligentem; eratque semper mens quae menti causa esset, neque quidquam erat aliud quam huius mentis unitas. ea mens cum semper in sese ipsa sit, semper sua ipsius mente luce atque spiritu universa continet.

καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. ἐκτὸς τούτου οὐ θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τις ἄλλη· πάντων γὰρ κύριος καὶ θεὸς καὶ πατήρ· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἴστί· ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν παντέλειος καὶ γόνιμος καὶ δημιουργός, ἐν γονίμῳ φύσει πεσών, ἐν γονίμῳ ὕδατι, ἔγκνον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν.” οὕτως εἰπὼν ὁ Ἑρμῆς ἠΰξαστο “ὄρχιζώ σε, οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα, ὄρχιζώ σε, φωνῆ πατρός, ἦν ἐφθέγγετο πρώτην τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ, ἴλεως ἔσο.” τῶν φωνῶν τούτων καὶ ὁ ἱερός Κύριλλος ἐμνήσθη εἰπὼν ὅτι καὶ ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς τριάδα ὠμολόγει. ὁ δὲ Σέσωστρος μετὰ τὴν νίκην τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν τελεντᾷ, ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ ὁ καὶ Ναρεχῶ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὡς φασί, πενήκοντα· ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. ἔως ὧδε αἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαι.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Πίκου τοῦ καὶ Δίδος ἀνεβάνη τις ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰαφεῖθ ἐν χώρᾳ τῶν Ἀργείων, Ἰταγος λεγόμενος. ὃς καὶ ἐν αὐτῇ βασιλεύσας κίλλει πόλιν Ἰῶ, καὶ Ἰώπολιν ἐκάλεσε ταύτην εἰς ὄνομα τῆς σελήνης· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι τὴν σελήνην Ἰῶ καλοῦσιν. ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰῶ· ἐκ ταύτης ὁ Ζεὺς θυγατέρα ἔσχε τὴν Λιβύην. αὕτη ἡ Ἰῶ ἐπεὶ ἐμίγη τῷ Διὶ, αἰσχυνθεῖσα τὸν πατέρα φεύγει εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖσε δὲ τὸν Ἑρμῆν βασιλεῖα ἐφόρῳσα ἐπὶ τὸ Σιλπιὸν ὄρος τῆς Συρίας μεταβαίνει, ὅπου Σίλευ-

12 ἔπ' P

extra eam mentem neque deus est neque angelus neque daemon neque alia ulla natura. omnium enim dominus deus et pater est. sub ipso et in ipso omnia sunt. sermo enim ipsius, qui perfectus omnibus modis est et fecundus ac opifex, ab ipsa progressus mente inque aquam, cuius est fertilis natura, incidens, fetam aquam reddidit.” haec fatus Hermes sic precatus est. “adinro te, caeli magni opifex: adiuro te, vox patris, quam primam edidit, unigenitum suum verbum, propitius esto.” beatus quoque Cyrillus harum vocum mentionem fecit, dicens quod etiam Hermes Trismegistus trinitatem sit confessus. ceterum Sesostrius parta victoria Aegyptum adeptus decessit vita. post eum rex Pharao exstitit, qui et Narecho dicitur. regnavit annos, ut aiunt, quinquaginta. ab hoc genus ducentes reges Pharaones appellati sunt. hactenus regnum Aegyptiorum.

Tempore Pici, qui et Iuppiter usurpatus est, in Argivorum regione quidam de Iapeti stirpe exstitit, nomine Inachus. hic regno Argivorum potitus urbem Io condidit, et Iopolim a luna Io dicitur. habuit et filiam Io nomine, ex qua Iuppiter filiam Libyam sustulit. ipsa Io verecundia patri, quod cum Iove concubisset, in Aegyptum fugit; ubi cum Mercurium regem invenisset, in Silphium Syriae montem abiit, ubi postea

κος ὁ Μακεδῶν ὕστερον εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου υἱοῦ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν ᾠκοδόμησεν. ἐκεῖ οὖν ἡ Ἰὼ τελευτᾷ. Ἰναχος δὲ ὁ ταύτης πατὴρ πολλοὺς εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς πεπομφώς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς αὐτῆς ἀδελφούς, παρήγγειλεν, εἰ μὴ αὐτὴν ἀγά-
B γοιεν, μηδὲ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν. οἱ δὲ τὴν Αἴγυπτον διαβάντες 5 καὶ πρὸς Συρίαν ἐλθόντες ὄναρ θεωροῦσι δάμαλιν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρηματίζουσιν οὕτως “ἐνθάδε εἰμι ἐγὼ ἡ Ἰὼ.” διωπνισθέντες οὖν ἐκεῖ ἱερὸν καὶ πόλιν, ἦν καὶ Ἰώπολιν ὠνόμασαν, οἰκοδομήσαντες ἔμειναν, μὴ τολμῶντες πρὸς Ἰναχον ἐπανελθεῖν. Λεβύη δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἦν ἐκ Διὸς ἔσχεν, ἐγαμήθη Ποσειδῶνι 10 τῷ Κρόνου μὲν υἱῷ ἀδελφῷ δὲ Διός. τούτοις τρεῖς παῖδες, Ἀγήνωρ καὶ Βέλος καὶ Ἐνυάλιος ἐτέχθησαν. ὧν ὁ Βέλος μὲν τὴν Σίδα γεγάμηκεν, ἀφ’ ἧς Αἴγυπτον καὶ Δαναὸν ἔσχεν υἱούς, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Αἴγυπτος κέκληται· ὁ Ἀγήνωρ δὲ ἐπὶ τὴν Φοινικὴν ἐλθὼν ἠγάγετο τὴν Τυρώ, ἐξ ἧς Κάδμος ἐγεννήθη καὶ 15
C Φοινίξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ καὶ θυγάτηρ Εὐρώπη καλουμένη. κτίζει δὲ Ἀγήνωρ τὴν Τύρον, ἐπ’ ὀνόματι Τυροῦς τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, βασιλεύει δὲ τῶν μερῶν ἐκείνων ἔτη ἑξ΄. φασὶ δὲ τὸν Ταῦρον τοῖς χρόνοις ἐκείνοις τῆς Κρήτης βασιλεύοντα, ναυμαχίᾳ κατὰ τῆς Τύρου ἐπιθέμενον τοῦ Ἀγήνορος ἀλλαγῶ μετὰ τῆς 20 οἰκείας δυνάμεως πόλεμον ποιουμένου, πρὸς ἐσπέραν τὴν Τύρον ἐλεῖν, ἄλλους τε πολλοὺς αἰχμαλώτους καὶ δὴ καὶ τὴν Εὐρώπην θυγατέρα Ἀγήνορος, ἦν καὶ γυναῖκα ποιησάμενος πᾶσαν τὴν γῆν

22 καὶ ἄλλους τε πολλοὺς ἀπαγαγεῖν αἰχμ.?

temporis Seleucus Macedo magnam Antiochiam de filii nomine sic dictam condidit. ibi mortua est Io. pater vero Inachus multos cum misisset qui eam requirerent, filios quoque suos ea conditione ablegavit ut non nisi eam reducentes domum redirent. hi cum Aegypto peragrata ad Syriam accessissent, per insomnium viderunt bucolam, quae humana voce haec ederet “hic sum ego Io.” somno soluti fano ibi et urbe Iopolis aedificatis eo loco manserunt, cum ad Inachum reverti non aude-
 rent. at Libya Ius et Iovis filia Neptuno nupsit, Saturni filio, Iovis fratri. ex hoc coniugio nati tres filii, Agenor Belus et Enyalius. quorum Belus ducta in matrimonium Side Aegyptum, unde Aegypto regioni nomen, et Danaum filios genuit. Agenor in Phoenicem profectus Tyro uxorem duxit; ex qua ei nati sunt Cadmus Phoenix Syrus Cilix et filia Europa. Agenor Tyrum extruxit, ab uxore ita nominatam, regnumque in iis regionibus per annos, ut aiunt, 63 obtinuit. ea tempestate traditur Taurum Cratae regem classe Tyrum tentasse, Agenore cum suis copiis allbi bellum gerente; ac sub vesperam capta Tyro cum aliis multos captivos tum Europam quoque Agenoris filiam abduxisse. hanc de-

Ἰάφεθ Εὐρώπην ὠνόμασεν, ὥσπερ Λιβύην ὁ Ποσειδῶν τὴν τοῦ
 Χάμ γῆν διὰ Λιβύην τὴν αὐτοῦ γαμετήν. ἐντεῦθεν ὠμολόγησαν
 εἰ ποιεῖται ὡς ὁ Ζεὺς ταύρω ὁμοιωθεὶς Εὐρώπην ἤρπασεν. οὗτος **D**
 ὁ Ταῖρος καὶ Γόρτυναν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς αὐτοῦ μητέρος
 5 ὠκοδόμησεν ἐν Κρήτῃ, καὶ υἱὸν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὃν Μίνω
 προσηγόρευσεν. ὁ Ἀγῆνωρ δὲ τελευταῖαν μέλλων χρήματα πολλὰ
 ἐν Κρήτῃ διὰ τοῦ υἱοῦ Κάδμου πρὸς τὴν θυγατέρα Εὐρώπην ἀπο-
 στέλλει. τοῖς υἱοῖς δὲ αὐτοῦ τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ γῆν κατα-
 μερίζων, Φοίνικι μὲν Τύρον καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἀπονείμας Φοινί-
 10 κην τὴν ὑπ' αὐτὸν ὠνόμασε γῆν. ὁμοίως δὲ καὶ Συρίαν καὶ Κι-
 λικίαν τὰς ἐπιλαχούσας τοῖς υἱοῖς Σύρω καὶ Κίλικι χώρους προσω-
 νόμασεν. ἐν τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ Φοίνικος καὶ Ἡρακλῆν φασὶ
 τὸν φιλόσοφον, τὸν λεγόμενον Τύριον, τὴν οὕτω καλουμένην κογχύ- **P 22**
 ἴην ἐξερεῖν, ὡς εἴρηται.

15 Ὅ μνῆτοι Ζεὺς πρὸς ταῖς ἄλλαις καὶ τοῦ ἕξ Ἀργείων κατα-
 γομέτου Ἀκρισίου θυγατέρα Δανάην, ἐπηρεπῆ πάνν οὔσαν καὶ ἐν
 κορβουκλείῳ πρὸς θάλασσαν φυλαττομένην, πολλῶ χρυσῷ τοὺς
 τροῦντας πείσας καὶ ταύτην ἄρπασας καὶ φθείρας ἔσχεν ἕξ αὐτῆς
 παῖδα Περσέα ὀνόματι. ἐνθεν οἱ μυθολόγοι τὸν *Δία* φασὶ χρυ-
 20 σὸν γενόμενον ῥῆναι διὰ τοῦ στέγους εἰς τὸν θάλαμον καὶ Δανάην
 διαφθεῖραι. τοῦτον τὸν Περσέα καὶ πτερωτὸν εἶναι ἔφασκον ὡς
 ὑψέτατον ὄντα παιδόμενον καὶ τῇ φύσει γοργότατον καὶ ἐντρεχέστι-
 τον. ᾧ καὶ Ζεὺς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὰς κορυφὰς καὶ μυστικὰς καὶ

inde uxorem habuit, ab eaque Europae nomen toti quae Ispeto cesserat
 terrae fecit, sicuti Neptunus omnem Chami terram a Libya uxore sua
 Libyam denominavit. hinc poetae perhibuerunt Iovem sub tauri specie
 Europam rapuisse. hic Taurus etiam Gortynam urbem matri suae co-
 gnominem in Creta condidit, filiumque ex Europa habuit, quem Minoem
 appellavit. ceterum Agenor moriturus magnam pecuniae vim per Cad-
 mam filium suum ad Europam in Cretam transmisit, suam vero dicionem
 inter filios ita distribuit, ut Phoenici Tyrus ac quae circum est regio
 obtingeret, quam et Phoenicen nominavit, sicut et Syriam ac Ciliciam,
 quas Syro et Cilici filiis suis attribuebat. huius Phoenicis aetate foront
 Herculem philosophum, cognomento Tyrium, purpuram quo expositum
 est modo repperisse.

At Iuppiter praeter multas alias Danaae quoque Acrisii, qui ab Ar-
 givis descendebat, filiam, insigni forma, et quae in cubiculo ad mare
 exstructo adservabatur, corruptis multo auro custodibus rapuit ac viola-
 vit, atque ex ea filium nomine Perseum sustulit. hinc fabulati scripto-
 res Iovem ediderunt in aurum conversum per tectum in cubile influxisse,
 ac Danaae virginitatem eripuisse. hunc quoque Perseum alatum fuisse
 dixerunt, quod ab ineunte aetate celerrimus fuit ingenioque ferocissimo
 atque callidissimo; quare etiam eum pater arcanas ac mysticas foedas-

- B** μυσταρὰς πάσας μαγείας καὶ μαγγανίας ἐδίδαξε, νικῶν τοὺς πολεμικοὺς ἐν τούτοις παρεγγυῶν. τολῶν εἰς ἡλικίαν ἀνδρὸς ἑλθὼν φεύγει τοὺς υἱοὺς Νίνου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀσσυρίους ἔρχεται. πρὸς δὲ Λιβύην διαβυλῶντι παρθένος κόρη χωρικοῦ, ἀπηρωμένους ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς τρίχας, κατὰ 5 πρόσωπον συναντᾷ. ἦν καὶ στήσας τὸ αὐτῆς ὄνομα ἠρώτα. ἡ δὲ “Μέδουσα” ἔφη “λέγομαι.” καὶ αὐτίκα τὴν κάραν αὐτῆς ἀποτέμνει· καὶ ταύτην ταριχεύσας κατὰ τὰς ἀρρήτους καὶ μιαρὰς ὑποθήκας Διὸς τοῦ πατέρος αὐτοῦ, ταῖς χερσὶ κρατῶν καὶ ταῖς μαγείαις θαρρῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχώρει. Γοργόνα δὲ τὴν 10
- C** κάραν ἐκάλει διὰ τὸ τῆς γοητείας ἐνεργὲς καὶ δξύ. ἐκεῖθεν πρὸς Αἰθιοπίαν διαβὺς ὑπὸ Κηφέως τότε βασιλευσμένην, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἀνδρομέδαν καλουμένην καὶ ἰέρειαν οὖσαν ἀρπύσας, κατέπλευσε διὰ Συρίας πρὸς Λυκαονίαν. οἱ δὲ Λυκαῖοι τούτῳ ἐναντιωθέντες τῇ τῆς Γοργόνος πρώτῃ βοήθειᾳ 15 κατενικήθησαν. ἐκεῖ καὶ πόλιν κτίσας Περσίδα τῷ ἰδίῳ κέκληκεν ὀνόματι. στήλην δὲ ἔξω τῆς πόλεως στήσας, καὶ τὸ ἀπεικόνισμα τῆς Γοργόνος ἐπιθεῖς, Εἰκόνιον ταύτην ἐπωνόμασεν. ἐκεῖθεν ἐπὶ Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν διαβύς, χρησμὸν λαβὼν ὅτι ἔνθα ἐκ τοῦ ἵππου ἀποβὰς τὸν ταρόν δδνηθῆῃς τοῦ ποδός, νίκην λάβῃς καὶ 20
- D** πόλιν οἰκοδομήσῃς, τὴν Ταρσὸν κτίσει καὶ κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ὄρμῃ, τούτους τε νικήσας καὶ τὸν Σαρδανάπαλον καὶ τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἀπεκτονῶς εἰς τέλος αὐτοὺς ὑποτάσσει. καὶ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Πέρσας αὐ-

que omnes incantationes et veneficia docuit, horum ope victoriam ei ab hostibus reportandam pollicens. itaque vir factus Perseus Nini patri filios fugiens ad Assyrios venit. inde in Africam eunti virgo occurrit indigena, oculis capillisque ferae instar horrens. quam ipse cum subsistere coegisset, quod nomen gereret interrogavit. professae nomen Medusae statim caput amputavit; idque, ut infandae atque abominandae Iovis patris praeceptiones iuebant, conditum habens, manuum robore et magicarum artium fiducia fretus, adversum hostes suos perrexit. capiti nomen Gorgonis imposuit ob efficacitatem et vim veneficii. inde in Aethiopiam transivit, quam tunc Cepheus regno tenebat; cuius filiam Andromedam eandemque sacerdotem rapuit, ac per Syriam ad Lyceoniam navigavit. Lycaones cum se Perseo opposuissent, primo Gorgonis auxilio devicti sunt. ibi urbem Perseus condidit ac de suo nomine Persidem appellavit. extra urbem statuam posuit, atque ab eo simulacro Iconium nominavit. inde Isauriam et Ciliciam peragrans, accepto oraculo ut quo loco descendens in planta pedis dolorem sentiret, ibi victoriam obtineret atque urbem aedificaret, Tarsum, a planta pedis dictam urbem, condidit. ac contra Assyrios profectus eos superavit, Sardanapaloque cum sua gente necato Assyrios prorsus subegit, regnoque iis adempto, Persas de suo nomine appellavit, regnumque in

τοὺς ἐκάλεσε, βασιλεύσας ἐπ' αὐτοὺς ἔτη γγ'. οὗτος καὶ τὴν κα-
 λουμένην περσίαν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι εἰς πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην
 αὐτῷ κατεφύτευσε γῆν, καὶ τὴν τοῦ μυσσαροῦ σκύφον τῆς Μεδού-
 σης οὗς ἡγάπα τῶν Περσῶν ἐν μυστηρίῳ μυσταγωγῆσας μαγείας
 5 Μήδους αὐτοὺς καὶ Μήδαν τὴν χώραν αὐτῶν μετωνόμασεν. εἶτα
 εἰς τὸ Σιλπιον ὄρος ἔλθων εὗρε τοὺς ἀπὸ Ἄργους Ἴωνίτας, ἕφ'
 ὦν καὶ ἐδέχθη ὡς ὁμόφυλος. χειμῶνος δὲ πολλοῦ πεπόντος καὶ P 23
 τοῦ προσπαραχειμένου ποταμοῦ τοῖς Ἴωπολίταις Ὀρόντου καθ'
 ἐπερβολὴν πλημμυροῦντος, ἐπεὶ ἠῤῥατο, ἄφνω κεραινὸς ὡς
 10 σφαῖρα πυρὸς οὐρανόθεν κατηνέχθη, καὶ οὕτως ὁ τε χειμῶν ἐπε-
 σχέθη καὶ τὰ ρεῖθρα τοῦ ποταμοῦ ἀνείθη. καὶ γοῦν τοῦ πυρὸς
 ἐκείνου πῦρ ἀνάψυς ὁ Περσεὺς εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἰς τε
 τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγὼν καὶ ἱερὸν τοῦ πυρὸς κατασκευάσας καὶ
 ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησίμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν Ἴωπίλει
 15 καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸν γῆ καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα
 θεὸν σέβασθαι τὸ πῦρ ἐκείνο θεοπίστας ἐδίδαξε πυρσολατρεῖν, μύ-
 γους τοὺς τοῦ πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. ἔρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν ἐν B
 πολέμῳ ὁ τῆς Ἀνδρομέδας πατὴρ ὁ Κηφεύς. καὶ ἐπεὶ ὁ Περσεὺς
 ἔξελθὼν τὴν τῆς Γοργόνης κεφαλὴν ἐπεδείκνυε, Κηφεύς δὲ ὑπὸ
 20 τοῦ γήρως ἀμβλωπαῶν, ὡς ἔφιππος κατ' αὐτοῦ ἐπέβαιεν ὁ Περ-
 σεύς, ἀγνοῶν ἀμβλωπαεῖν τὸν Κηφεύ, ἐλογίσατο μὴ ἐνεργεῖν ἔτι
 ἦν κατεῖχε τῆς Γοργόνης κεφαλὴν, καὶ στρέψας ταύτην πρὸς ἑαυ-
 τὸν καὶ ἐμβλέψας ἀτενωῶς παραπὰ τυφλωθεῖς ἀηρέθη. καὶ λοι-

2 πέρσεια P 3 τῆν] τοῖς? 6 Ἴωπολίτας? 15 αὐτοῦ P
 20 ἀμβλωπαῶν οὐκ ἐτυφλώθη, ὡς?

eos per 53 annos obtinuit. idem arborem quoque a se Persicam dictam
 per omnem suam dicionem plantavit; foedoque Medusae scypho de Per-
 sis quos maxime diligebat, arcanis magicis sacris initians, Medos eos et
 terram eorum Mediam nominavit. inde ad Silphium montem profectus
 Ionitas, qui ab Argis eo concesserant, ibi reperit, ab iisque, ut eiusdem
 stirpis, est acceptus. ibi cum ingens tempestas imbris effudisset, ac
 Oreates fluvius qui Iopolin alluit supra modum exundaret, perseo pre-
 cato fulmen veluti globus ignis subito delatum est; itaque et inhibita
 tempestas fuit, et fluvius suo se alveo conclusit. ex eo igne Perseus
 ignem accendit, secumque tulit; et in suam regiam apportans aedem igni
 extruxit, sacerdotioque pios viros praefecit. idemque et Iopoli et in
 tota sua dicione instituit; mandatoque ut de caelo delatus deus ignis
 coheretur, ignis colendi ritum docuit, magorum nomine sacerdotibus ignis
 affectus. porro bellum Perseo Cepheus Andromedae pater intulit. cui
 cum infesto equo occurrens Perseus caput Gorgonis ostentasset, Cepheus
 autem propter senectam aetatem caecutiret, nesciens Perseus Cepheum
 caecutire, putavit caput Gorgonis quod praetendebat vires suas iam non
 exserere; itaque sibi id obvertit, inque id oculis intentis intuitus, ex-



πὸν προβάλλεται ὑπὸ Κηφείως βασιλεὺς Περσῶν Μέρως ὁ Περσείως καὶ Ἀνδρομέδας υἱός. Κηφεὺς δὲ τὴν τῆς Γοργόνης κεφαλὴν καύσους ἀνεχώρησεν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ.

- C Ἀγήνορα δὲ τὸν ἀπὸ Φοινίκης ὁ πατὴρ εἰς ἀναζήτησιν τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Εὐρώπης ἀποστείλας, μαθὼν ὁ Κάδμος ὡς αὐτὴ 5 σὺν Ταύρω τῷ ἄρπάσαντι ταύτην τῆς Κρήτης βασιλεύει, ὤρμησεν εἰς Βοιωτίαν καὶ αὐτοὺς ἀγνοοῦντας τὰ Φοινίκων γράμματα εἰδὼς, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτη ξβ'. καὶ γυναῖκα ἠγάγετο τὴν Ἀρμονίαν καλουμένην, ἣτις αὐτῷ ἔξ ἔτικε θυγατέρα, Ἰνὼ Ἀγαύην Σεμέλην Εὐρυνόμην Κλεωνθῶ καὶ Εὐρεδίκην. αὐταὶ 10 ἐλέγοντο Καδμίδες. οὗτος ὁ Κάδμος καὶ πόλιν τὴν μεγάλην τὴν Καδμείαν ἐκεῖ κτίσει. ὃς καὶ τὸν Τειρεσίαν Βοιωτῶν ὄντα φιλόσοφον, τὸν αὐτομάτως φέρεσθαι τὰ πάντα καὶ ἀπρονοήτον εἶναι τὸν κόσμον δογματίσαντα καὶ εἰς τὸ τοῦ Λαφναίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν
- D διὰ ταῦτα ἐξόριστον γενόμενον, ἀνεκαλέσατο. τοῦτον τὸν Τειρε- 15σίαν μυθολογοῦσιν, ὡς ἐωρακότα Παλλάδα λουομένην, εἰς γυναικὸς ἀντίκα μεταβληθῆναι φύσιν, καὶ πολυπραγμονεῖν αὐτῇ πῶς γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς συλλαμβάνει, καὶ πῶς ἡ μία φύσις τοῦ αἵματος εἰς ὄσῳ καὶ φλέβας καὶ σῶρκας καὶ τὰ λοιπὰ μερίζεται, καὶ βρέφος ζωογονούμενον τίκτεται, καὶ τοῦ δημιουργοῦ τὴν σοφίαν μὴ 20 δυνηθέντα καταλαβεῖν εἰς αὐτοματισμὸν ἐξολισθῆσαι. διὸ καὶ παίζοντες αὐτὸν εἰς γυναικῶν φύσιν ἔφρασαν μεταβληθῆναι. οὗτος ὁ Κάδμος ὁ τῆς Βοιωτίας βασιλεὺς Ἀγαύην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα

templo excaecatus itaque interfectus est. a Cepheo proinde regno Persarum Meros, filius Persei et Andromedae, praefectus est; et ipse cremato Gorgonis capite in suam regionem rediit.

Agenorem autem a Phoenicia pater ad inquirendam filiam suam Europam cum misisset, Cadmus cum eam intellexisset cum Tauro, a quo rapta fuerat, Cretae regnare, in Boeotiam abiit, Boeotosque literarum ignaros Phoenicias literas docuit, regnumque apud eos per 62 annos obtinuit. uxorem duxit Harmoniam, quae ei sex filias peperit; quarum nomina Ino Agave Semele Eurynome Cleantho et Eurydice: hae etiam Cadmides nominabantur. is Cadmus etiam Cadmeam magnam urbem ibi condidit; et Tiresiam Boeotorum philosophum, qui quod omnia fortuito ferri nullaque mundum providentia gubernari docuisset, in Daphnei Apollinis templum relegatus fuerat, ab exilio revocavit. fabulantur hunc Tiresiam, cum lavantem Minervam vidisset, subito in mulierem conyersum fuisse; inque ea natura curiose exploravisse quomodo mulier ex viro concipiat, quomodo unica sanguinis natura in ossa venas carnes et cetera distribuatur, et quomodo foetus vivus gignatur; cumque sapientiam opificis assequi cogitando nequiret, eo prolapsus ut omnia fortuito fieri diceret. itaque ioco dictum est enim in mulieris naturam transivisse. is Cadmus Boeotiae rex Agaven filiam suam Echioni in matrimonium dedit, ac in

Ἐχίονι δούς γυναικα εἰς Χίον ἀποστέλλει. γεννῶται οὖν ἕξ αὐτῆς ἀπὲρ φρόνιμος καὶ συνετὸς ὁ Πενθέυς· ᾧ καὶ τὴν διοίκησιν τῆς P 24 βασιλείας ὑστερον παρεχώρησε Κάδμος, ὡς αὐτοῦ μετὰ Τειρεσίου ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνειον ὄρος τὸν βίον διατελέσαντος. τὴν δὲ Σεμέλην Πολυμήδων ὁ υἱὸς τοῦ Αἰθεριωνος γήμας, ἐκ τοῦ γένους ὦν τοῦ Διός, ὑπὸ Σεμέλης ἑπταμηνιαῖον γεννᾷ βρέφος διὰ τὸ ὑπὸ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν ἕξαισίῳ τὴν μητέρα ἀποθανεῖν. τοῦτο τὸ βρέφος εἰς Νυσίαν τὴν χώραν ὁ Κάδμος ἐκτραπῆναι ἔπεμψεν, ὃ καὶ Νύσειον ὠνομάσθη. μυθολογοῦσι δὲ ὅτι τοῦτο ὁ Ζεὺς ἐν 10 τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ἐπὶ δευτέρῳ μηνὶ ἐφύλασσε, διότι μέρος ζωῆς ἔσχε πρὸς τοῦ Θεοῦ παρὰ τὸν ὠρισμένον χρόνον ἐκτραωθείς. ἄλλοι δὲ τοῦτον ὡς ἕξ ἡλιακῶν ἐδῶν μυστικά τινα καὶ θαυμαστὰ δρῶντα B καὶ ὡς περὶ ἀμπελικὴν γεωργίαν ἐκτιθέμενον ἀπεθίωσάν τε καὶ Διόνυσον μετεκύλευσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντα Διός. τοῦτον εἰς Πέρ- 15 σας φασὶν ἀπελθεῖν, καὶ φαντασίας τινὰς θαυμασιῶν ἔργων καὶ πολέμων ἐν αὐτοῖς ἐπιδειξασθαι. μετὰ ταῦτα ἐπὶ Πενθέα οὖν ὄχλῳ βαρεῖ ἔρχεται, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας σκιρτοῦς ἐκύλευε διὰ τὸ ἄλλεσθαι καὶ πηδᾶν, τὰς δὲ γυναικας βύκχας. τὴν τε τῶν Βοιωτῶν βασιλείαν σφετεριζόμενος μετὰ Πενθέως πόλεμον συμ- 20 βυλῶν χειροῦται, ὑπὸ δὲ Ἀγαύης τῆς Πενθέως μητρὸς ὡς θείας οὔσης Διονύσου λυτροῦται τῶν δεσμῶν. μετὰ ταῦτα ἐνεδρεύσας ἀποκτείνει Πενθέα. τῶν δὲ Βοιωτῶν αὐτὸν βασιλέα μὴ παρα- C δεχομένων εἰς Δελφούς ἀπέρχεται καὶ θανὼν θάπτεται. μετὰ Κάδμον ἐβουσίλευσε τῆς Βοιωτίας Νυκτεῦς. τούτου τὴν θυγατέρα

Chiam amandavit. peperit haec virum prudentem ac ingeniosum, nomine Pentheum; cui postea temporis Cadmus regni administrationem commisit, cum ipse cum Tiresia statuisset in Cithaerone monte vitam finire. Semelen Polymedon Aetherionis F. duxit, ex gente Iovis; atque ex ea prolem septimestrem sustulit, matre fulguribus et tonitribus insolitis necata. Cadmus infantem in Nysiam regionem, quae et Nyseium dicitur, alendum misit. fabulantur infantem a Iove in sinu suo duos reliquos menses asservatum fuisse; quod scilicet a deo partem quandam vitae habuit, abortu ante legitimum tempus editus. alii hunc, quod ex solaribus precibus mystica quaedam et miraculosa faceret et vitis cultum docuisset, in deos rettulerunt ac Dionysium nominarunt, ut Iovis stirpe ortum. Dionysium hunc ferunt ad Persas venisse, ac mirabiles quasdam imaginationes operum ac bellorum apud eos ostentasse. secundum haec cum magna hominum turba adversus Pentheum venit: viros a saltando Scirtos, mulieres Bacchas appellavit. cum autem Boeotiae regnum sibi vindicaret, bello cum Pentheo congressus succubuit. captum ex vinculis liberavit Agave matertera, Penthei mater. inde per insidias Pentheum necavit, cumque Boeoti eum regno non dignarentur, Delphos profectus mortuus ac sepultus est. Cadmo in regno Boeotiae successit Nycteus.

Ἀντιόπην, ἱέρειαν οὖσαν τοῦ Ἑλλίου, Θεόβοιός ὁ υἱὸς Βράτωνος, ἐκ τοῦ γένους τοῦ Διὸς καταγόμενος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Νυκτέως, μίγεις γεννᾶ δίδυμα, Ἀμφιώνά τε καὶ Ζῆθον, οὓς τῇ κελύσει τοῦ ἀδελφοῦ ῥίπτουσι πλησίον τοῦ Κιθαιρωνεῖου ὄρους. Ὅρδιων δὲ τις γεωργὸς ἄπαις ὧν ἀνελάβετο καὶ ἀνεθρέψατο αὐτά. τῆς 5 δὲ Ἀντιόπης παρὰ τῇ Δίρκῃ φυλαττομένης ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ παρνομησαι, ἐπεὶ πόλεμος ἐν τῇ Ἀργείων ἐκινήθη χώρα, D τοῦ Ἀύκου χρορίζοντος ἐκείσε, ἡ Δίρκη τὸν Νυκτέα θωπευτικῶς ἠρώτα ἀπολυῖσαι Ἀντιόπην. ὁ δὲ μᾶλλον προσέταξε ταύρῳ ἀγρίῳ ταύτην προσδεθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώ- 10 σασαν. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, καὶ παρὰ τοῦ ἀναθρεψαμένου τούτους μαθόντες ὡς αὕτη ἐστὶν ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀντιόπη, ἕμα πλειοσιν ἀγροίκοις ἐπεισπεσόντες τοὺς μὲν στρατιώτας κατακτείνουσι, Δίρκην δὲ τῷ ταύρῳ προσδεμοῦσι καὶ φονεύουσι. σὺν τῇ μητρὶ δὲ Ἀντιόπη εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐλθόντες, 15 ἐπεὶ ὁ Νυκτέας τέθνηκεν, οἱ μουσικοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τῶν Βοιωτῶν ἔτη πολλὰ βασιλεύουσι. κτίζουσι δὲ πόλιν μεγάλην εἰς P 25 ὄνομα τοῦ πατέρος, ἣν καὶ Θεοβοίου Θήβας ὠνόμασαν. ὁ μὲν Εὐριπίδης τῷ ἔθει τῶν ποιητῶν μυθολογῶν τὸν Δία φησὶν εἰς Σάτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι, ἐξ ἧς Ἀμφίων καὶ 20 Ζῆθος οἱ μουσικοὶ. τοῦτο δέ, φασὶν, εἶπεν ὡς καταχθέντος Θεοβοίου ἐκ τοῦ Πίκου τοῦ καὶ Ζηνὸς κατὰ μετεμψυχώσεως μετάστασιν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ σάτυρος ὄνομα κατὰ τὴν τῶν Βοιω-

cum huius filia Antiopa, sacerdote Solis, Theoboeus Bratonis F. a Iove genus ducens ac frater Nyctei, corpus miscuit, indeque geminos ea est enixa, Amphionem et Zethum; qui iussu fratris expositi sunt prope montem Cithaeronem. sed quidam rusticus Ordio nomine, cum prole careret, sustulit eos atque educavit. cum autem Antiopa apud Dirce asservaretur, ut propter flagitium commissum suo tempore poenas lueret, cum in Argivorum regione bellum exstitisset ibique Lycus moraretur, Dirce Nycteam blande sollicitavit de liberanda Antiopa. is vero tauro eam potius fero alligandam itaque necandam profanatae virginittatis causa imperavit. hoc cum inaudivissent Amphion et Zethus, ab eo qui ipsos educaverat edocti Antiopae se esse filios, cum manu rusticorum irruerunt, necatisque militibus Dirce tauro alligatam interfecerunt. ipsi cum matre Antiopa in Boeotiam profecti, cum iam Nycteus vita decessisset, ita musici Amphion et Zethus Boeotis multos per annos regia potestate imperaverunt. hi magnam urbem condiderunt, et a patris Theoboei nomine Thebas nuncuparunt. Euripides more poetarum fabulam narrans, Iovem ait sumpta Satyri figura Antiopae vitium obtulisse: eo ex concubitu natos Amphionem et Zethum musicos. hoc cum ideo dixisse putant, quod Theoboeus a Picō, qui idem Iuppiter fuit, descenderit per animae in alia post alia corpora commigrationem. nam Boeotorum sermone Satyrus animae in aliud vilis corpus migrationem

τῶν γλῶσσαν, τὸ εἰς ἄλλο σῶμα χωρήσειν εὐτελέστερον. μετὰ
 τοίτους τοὺς μουσικοὺς οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἑβασίλειον Θη-
 βαίων ἕως Οἰδίποδος υἱοῦ Ἰοκάστης καὶ Λαίου. οὗτος γὰρ ὁ
 Λαῖος βασιλεὺς ὢν Θηβαίων μετὰ Ἰοκάστης ἔσχεν υἱὸν πρῶτον **B**
 Ἰοκᾶν· χρησμὸν δὲ λαβὼν περὶ αὐτοῦ ὡς τῇ ἰδίᾳ μητρὶ συναφθή-
 σιται, ἐν ξύλῳ τοὺς πόδας καθηλώσας, ὃ δὴ καὶ κοῦσπος λέγε-
 ται, εἰς ἀπώλειαν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔρριψεν. ἄγροικος δὲ τις ὀνό-
 ματι Μελίβιος τοῦτον εἰρῶν ἀνεθρέψατο, Οἰδίποδα μετονομάσας
 διὰ τὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τῷ ξύλῳ διωδηκότας ὀγκωθῆναι.
 10 μετὰ ταῦτα γυνή τις ὀνόματι Σφίγξ, δυσειδής, κατὰμαστος,
 χωρτικὴ, μετὰ πλήθους ἀγροίκων εἰς κορυφὴν μίαν μόνην εἰσοδὸν
 καὶ ταύτην στενωπιάτην ἔχουσαν καθίσασα, ληστρικῶς τοὺς παρὰ-
 γογτας δι' ἐκείνης ἀνῆρει καὶ τὰς αὐτῶν ὑπάρξεις ἀφηρεῖτο, ὡς **C**
 ἀποστενοῦσθαι τὰς Θήβας δι' αὐτῆς μήτε στρατοῦ μήτ' αὐτοῦ
 15 τοῦ βασιλέως Λαίου ἰσχύοντος κατ' αὐτῆς διὰ τὸ δύσβατον τοῦ
 ὄρους καὶ ὀγκρόν. ταῦτ' οὖν Οἰδίπους ἀκούσας σοφόν τι καὶ
 γενναῖον ποιεῖ· καὶ ὀλίγους ἐπιλεξάμενος καὶ τὴν Σφίγγα ἐλθὼν
 ἤτειτο σὺν αὐτῇ εἶναι καὶ συλληστρεύειν αὐτῇ. ἣ δὲ τῇ ὥρᾳ καὶ
 20 γενναϊότητι τούτου τεραφθεῖσα αὐτὸν εἰσδέχεται. ὃ δὲ καιρὸν
 ἰσχυρῶς αὐτὴν μὲν λόγῃ ἀναιρεῖ καὶ πολλοὺς τῶν μετ' αὐτῆς,
 λαβὼν δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ ὅσα χρήματα εἴρε πρὸς Λαῖον εἰς Θήβας
 ἤγεγε, μισθὸν τῆς ἀνδραγαθίας κομιούμενος. Θηβαῖοι δὲ τοῦ-

17 καὶ πρὸς τὴν?

significat. post hos musicos, ii qui ex eorum stirpe procreati sunt in
 Thebanos regnum obtinuerunt usque ad Oedipum, Iocastae et Laii filium.
 eteain Laius rex Thebanorum primum ex Iocasta uxore filium Iocan
 sustulerat; de quo cum oraculo monitus esset, fore ut is cum propria
 matre concumberet, ligneis compedibus impeditum in montanis abiecit,
 ut ibi periret. at rusticus quidam, Melibius nomine, eum sublatum edu-
 cavit, Oedipumque appellavit a tumore pedum quem in compedibus con-
 traxerat. secundum haec mulier quaedam indigena nomine Sphinx, de-
 formis ac mammosa, cum agrestium manu verticem quendam obsedit, ad
 quæ non nisi uno eoque angustissimo aditu poterat penetrari, ac latro-
 cinando ea pergentes interfecit, eorumque facultates deprædata est. id
 latrocinium res Thebanorum in artum redegit, cum neque exercitus ne-
 que ipse rex Laius monte ita inaccesso et natura loci munito quicquam
 adversus eam posset. Oedipus vero re audita prudens ac generosum
 facinus aggredi, cum paucis quos sibi socios adsciverat, ad Sphingem
 se conferre, eius consuetudinem et latrocinandi societatem expetere.
 forma et generositas quam præ se ferebat, ut reciperentur a muliere
 iis rebus capta impetrarunt. at vero Oedipus capta occasione ipsam
 læcea transadigere, multos qui Sphingi prædandi socii fuerant trucidare;
 cadaver eius, ac quas ibi reppererat opes ad Laium Thebas afferre,
 ab eo virtutis suæ ac rei bene gestæ præmium sperare. ac Thebani

- D** τον ὡς βασιλέα ἀνύμνον. ἀλλ' οὐκ ἤρεσε ταῦτα τῷ Λαίῳ, ἀλλὰ στρατὸν ἐφοπλίσας κατ' αὐτοῦ ἐξήκει, καὶ πληγεῖς τελευτᾷ. ἢ τοίνυν Ἰοκάστη τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν οὐ θέλουσα, καὶ ὡς νίδος αὐτῆς ἐστὶν ὁ Οἰδίπους οὐκ εἰδυῖα, ἅμα δὲ καὶ πρὸς θεραπεῖαν τῆς πόλεως σπουδάζουσα, προσκαλεῖται τοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ποιεῖ 5 δύο υἱούς, τὸν Ἐτεοκλέα καὶ τὸν Πολυνείκην, καὶ θυγατέρας δύο, Ἰσμῆρην καὶ Ἀντιγόνην. καὶ οὕτως ἐπὶ ἔτη ιθ' τῶν Θηβῶν ἐβασίλευσαν, ἀγνοοῦντες ἑαυτούς. μετὰ ταῦτα τῆς Ἰοκάστης τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος πνυθομένης, ἐπεὶ Μελίβιος αὐτὸν ἀνεθρόψατο ἤκουσε, παρ' αὐτοῦ τε ἔμαθε τὸν τρόπον τῆς αὐτοῦ ἀνευ- 10
- P 26** ρέσεως καὶ βεβαιωθείσα ἀνεβόησε. Οἰδίπους δὲ πληροσορηθεὶς ὡς καὶ μήτηρ Ἰοκάστη καὶ γυνὴ τυγχάνει, τοῖς μὲν υἱοῖς Ἐτεοκλεῖ καὶ Πολυνείκει ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν βασιλεύειν ἐκέλευσε τῶν Θηβῶν, αὐτὸς δὲ παρατὰ δύο ἤλους κατὰ τῶν ἰδίων ἐμπήξας ὀφθαλμῶν τελευτᾷ. οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἐκότερος τῆς βασιλείας ἀντιποιοῦμε- 15 νοὶ εἰς πόλεμον ἦλθον μονομαχήσαντες, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἄμφω κατελύθησαν. καὶ οὕτως ἢ τῶν Θηβῶν ἢ τοῖς Βοιωτῶν κατελύθη βασιλεία, διαρκέουσα ἔτη τριακόσια ἐξηκονταεννέα.
- Ἐπιπλοῦν οὖν ἐστὶ λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ Φαλέκ τοῦ Ῥαγάβ γέννησιν ἀρξώμεθα 20 ἀπ' αὐτοῦ.

9 ἐπεὶ ὅτι M.?

17 κατερύθησαν P. an ἀνηρέθησαν?

quidem eum regiis laudibus ac titulis celebrabant. Laio id adeo displicuit ut adversus eum cum armato exercitu exiverit: commisso autem praelio ictus periit. proinde Iocasta cum excidere regno nollet et Oedipum filium suum esse ignoraret, simul ut civibus rem gratam faceret, coniugem sibi Oedipum adscivit, atque ex eo duos filios, Eteoclem ac Polynicem, totidemque filias Ismenam et Antigonom peperit. ita per 19 annos regnum in Thebanos gesserunt, alter alterum ignorantes. his exactis Iocasta, cum Oedipi genus et patriam inquireret, ex Melibio quem educatorem fuisse Oedipi acceperat, intellexit quomodo is Oedipum reperisset; confirmataque iam apud animum rei sicut habebat opinione exclamavit. at enī Oedipus certior factus Iocastam coniugem eandem matrem suam esse, filiis Eteocli et Polynici regnum Thebanum alternis annis habendum mandavit, ipse illico duobus clavibus in duos suos oculos defixis obiit. filii, cum uterque regnum ad se traheret, bellum moverunt; in quo singulari pugna congressi mutuis ambo vulneribus occubuerunt. is regni Thebani seu Boeotorum finis fuit, cum id 369 annos durasset.

Porro autem necesse est nos ad institutum nostrum reverti. ac quoniam in Ragabi Phaleco progeniti mentione substitueramus, rursum ab eodem Ragabo ordiemur.

Ῥαγὰβ γενόμενος ἑκατὸν τριακονταδύο ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Β
 Σερούχ. ἐπὶ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων ἀδξήσαντες
 τῆγον στρατηγούς τε ἑαυτοῖς κατεστήσαντο καὶ βασιλεῖς. καὶ
 τότε πρώτως πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμῆιν ἀλλήλοις
 5 ἐτήρξαντο. καὶ εὐθύς οἱ ἀπὸ Χαναὰν ἠτιῶνται καὶ πρῶτοι τῆς
 δουλείας ὑποκόπτουσι τῷ ζυγῷ, κατὰ τὴν τοῦ Νῶε κατάραν.

Σερούχ γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Να-
 χῶρ. ὧκει δὲ ὁ Σερούχ ἐν τῇ Χαλδαίῳ, ἐν πόλει Ὄρ. αὐξή-
 θέντα δὲ τὸν Ναχῶρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ πάντων ἐπίκυσιν οἰωνῶν, C
 10 τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἀπάντων,
 καὶ πᾶσαν Χαλδαϊκὴν μαντείαν. Ναχῶρ δὲ γενόμενος οὐδ' ἐτῶν
 ἐγέννησε τὸν Θάρρα. Νίνου δὲ τοῦ πρώτου βασιλέως τῶν Ἀσσυ-
 ρίων τισσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται
 Ἀβραάμ. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτίοις ἐξακι-
 15 δεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαιοὶ. Θάρρα δὲ γενό-
 μενος ἐτῶν ὁ ἐγέννησεν ἐκ γυναικὸς Ἐδνας, θυγατρὸς Ἀβραάμ
 πατραδέλφου αὐτοῦ, τὸν Ἀβραάμ, ὄντινα ἡ μήτηρ ἐκάλεσεν ἐπ'
 ὀνόματι τοῦ ἐαυτῆς πατρὸς· ἐφθῆ γὰρ ἐκείνος πρὸ τῆς τούτου
 γεννήσεως τετελευτηκέναι. ἐγέννησε δὲ ἔτι ὁ Θάρρα τὸν Ἀράμ
 20 καὶ τὸν Ναχῶρ. ὁ δὲ Ἀβραάμ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς γυναῖκα
 τὴν Σάρραν. οὗτος μόνος, τῶν ἀπανταχοῦ τὴν ἐπὶ τὰ εἰδῶλα D
 πλάνην νοσοῦντων, τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπέγνω καὶ δημιουργὸν τῶν
 ὄλων ἀνεκέρυξε. καὶ πρῶτος τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινίκων

Ragabus ergo annos natus 132 Seruchum genuit. huius aetate de-
 mum homines alter alteri fastu sese praeferentes, imperatorum atque
 regum nomina sibi sumpserunt, ac tum primum arma bellica fabricati
 bellum invicem facere coeperunt. statim vero stirps Chanaanis succu-
 buit, iugumque servitutis subiit, quemadmodum ei Noe fuerat impre-
 catas.

Seruchus annos natus 130 Nachorem progenuit. habitabat autem
 Seruchus in urbe Chaldaeorum, cui Ur nomen. is adultum Nachorem
 docuit omnium auguriorum, caelestium terrestriumque ostentorum inter-
 pretationem, omnemque Chaldaeorum divinationem. Nachor annos natus
 79 Tharam genuit. Abrahamus natus est, cum Ninus primus Assyriorum
 rex annum sui regni 43 ageret. eodem tempore apud Aegyptios deci-
 mus sextus rex agebat; qua tempestate Thebani regnabant. Thara ergo
 annos natus 70 sustulit ex uxore sua Edna, quae filia fuit Abrahami,
 quem patruum Thara habuit, Abrahamum: ita enim eum mater de sui
 patris nomine appellavit, qui ante nepotis natales vita defunctus fuerat.
 praeterea etiam Thara Aramum et Nachorem procreavit. Abrahamus
 uxorem duxit Saram, sibi a patre coniunctam. hic solus, omnibus ubi-
 que hominibus cultu simulacrorum in errorem abductis, verum deum agno-
 χιερέως διὰ δώδεκα λίθων, σημαινόντων διὰ μὲν τῆς ἀγῆς τὰ **D**
 χρηστὰ διὰ δὲ τῆς ἐπισκοτώσεως τὰ δεινά, εἰς τὸ Σινᾶ ὄρος
 ὀφθαλμοφανῶς ἐθεάσατο Μωϋσῆς, καὶ κατὰ ταῦτα ὑποκόδησεν
 τὴν κιβωτὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. τότε καὶ τὰς πλάκας τὰς πρώτας
 ἔλαβε, καὶ τοῦ Θεοῦ ἤκουσεν ὀργιζομένου καὶ λέγοντος “ἕασόν με
 ἐπιπῆσαι αὐτούς, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἰσχυρόν.”
 αὐτὸς δὲ δεηθεὶς ἐξιλιάσατο τὸν Θεόν, καὶ κατελθὼν τὸν μὲν
 μόσχον κατέκασε πυρὶ, καὶ κατήλεσεν αὐτὸν λεπτὰ καὶ ἔσπειρεν
 10 ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπότισε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ. καὶ ἐμφυλίῳ
 πολέμῳ τὸν Θεὸν ἰλεωσάμενος, πάλιν ἐτέρας τεσσαράκοντα ἡμέ- **P 79**
 ρας ἠσιτεύσας, ἄνευσιν εἰς τὸ ὄρος καὶ τὰς δευτέρας πλάκας λαμ-
 βάνει. τότε εἶδε καὶ τὴν δόξαν κυρίου παρὰ τῇ ὑπῆ τῆς πέτρας
 καθίσας, καὶ ἐδοξάσθη τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. ὀπίσθια δὲ Θεοῦ
 15 χρῆ νοεῖν τὰς θείας οἰκονομίας καὶ ἐνεργείας, πέτραν δὲ τῆς πί-
 στικῆς στερρὸν καὶ ἀκράδαντον, ὅπῃ δὲ τῆς πέτρας τὸν τῆς
 πίστικῆς ὀφθαλμόν (διὰ τοῦτο γὰρ οἱ κατὰ Μωϋσέα θεωροῦσι τὰ
 ἀνέφικτα καὶ ἀθέατα), κάλυμμα δὲ τὴν ἀπιστίαν· ἡνίκα γὰρ ἄν-
 θρωπος πιστεύσῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, ὡς
 20 φησὶν ὁ ἀπόστολος. τότε κατασκευάζει καὶ τὴν κιβωτὸν διὰ Βε- **B**
 ζελεὴν υἱοῦ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως, καὶ Ὡρ τοῦ συνόν-
 τος καὶ Ἀαρῶν, ὅτε τὰς χεῖρας ἀνεῖχον Μωϋσέως κατὰ τοῦ Ἀμα-
 λήκ. ἐτελειώθη δὲ τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς ἐν ἑπτὰ μηνσί, καὶ τῇ

22 καὶ] τῷ?

bellam oraculi, quae pendeat ad pectus pontificis maximi duodecim or-
 nata gemmis, quarum fulgore quid expediret, obscuracione quid damno
 foret significabatur. ad eorum imitationem confecit arcam cum omni in-
 strumento. tunc et priores accepit tabulas, deumque audivit per iram
 haec dicentem (Exod. 32) “permitte ut eos deleam, atque ex te deinde
 gentem magnam atque potentem propagem.” sed Moses suis deprecacionibus
 iram dei leniit. cum a monte descendisset, vitulum igne combussit inque
 pulverem rededit: hunc aqua inspexit, eam populo bibendam exhibuit.
 cumque bello intestino deum placasset, rursus inedia quadraginta dierum
 tolerata in montem evasit ac posteriores tabulas accepit. tunc etiam domini
 maiestatem vidit rimae saxi assidens, et facies ipsius illustrata est.
 per posteriora autem dei intelligere debes divinas dispensationes atque
 effectiones. per saxum fidei firmitatem inconcussam. per saxi rimam fidei
 oculus: eo enim Moses, et qui eum imitantur, inaccessa et invisibilia
 attingunt. per velamen incredulitatem: quando enim deo credit homo,
 tunc aufertur, teste apostolo. tunc etiam arcam fabricatur opera
 Beseleelis, filii sororis suae Mariae, et Oris eius qui cum Aarone
 manus Mosis contra Amalecum orantis sustentavit. opera tabernaculi
 absoluta sunt septem mensibus; idque erectum stetit

πρώτη ἡμέρα τοῦ πρώτου μηνὸς τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς ἐξόδου
 ἔστη· ὅπερ καὶ ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν *Λευιτικῶν*.
 τῷ δὲ δευτέρῳ μηνὶ ἐγένετο ἡ ἐξαορίθμησις τοῦ λαοῦ, καὶ εὐρέθη
 ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, καθὼς ἡ τετάρτη βίβλος τῶν ἀριθ-
 μῶν λέγει, μυριάδες ἐξήκοντα καὶ γην', χωρὶς τῶν *Λευιτῶν*· οἱ 5
 δὲ *Λευῖται* ἀριθμηθέντες εὐρέθησαν χιλιάδες κβ'. τῷ τεσσαρα-
 C κοστῷ ἔτι τῆς ἐξόδου *Ααρὼν* ἐτελεύτησεν ρκγ' ἐτῶν, καὶ *Μωϋ-*
σῆς προχειρίζεται *Ἐλεάζαρ* τὸν υἱὸν *Ααρὼν*. *Μωϋσῆς* δὲ τῷ ια'
 μηνὶ τοῦ μ' ἔτους τῆς ἐξόδου, ἑκατοστῷ δὲ εἰκοστῷ ἔτι τῆς ζωῆς
 αὐτοῦ, εὐλογήσας πάντα τὸν λαόν, ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος *Ναβάν* 10
 ἦτοι *Ἀμβρείμ*, κείμενον ἐν τῇ *Μωαβίτιδι* πέραν τοῦ *Ἰορδάνου*
 κατὰ πρόσωπον *Ἰεριχώ*, καὶ κατοπιεύσας τὴν γῆν τὴν ἐπηγγελμέ-
 νην αὐτῷ τῷ *Ἰσραήλ*, ἐτελεύτησε, καὶ οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὸν τάφον
 αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἡμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, οὐδὲ ἐφθά-
 ρησαν τὰ χεῖλη αὐτοῦ. ἐπείραζε δὲ αὐτὸν ὁ διάβολος ὡς ἡμαρ- 15
 D τηκότα τῷ Θεῷ συνελκύσαι μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν. ἀλλ' ἀρχαγ-
 γελικῇ διεκρούσθη χειρὶ ὡς προπετιῆς καὶ θρασὺς καὶ τῶν τοῦ
 Θεοῦ φίλων δυσμενής. ἐγένετο δὲ νεφέλη καὶ σκότος κατὰ τὸν
 τόπον, ὡς μὴ ἰδεῖν τινὰ τοῦ ἐτάφη *Μωϋσῆς*, καθὼς *Ἰώσηπος*
 ἱστορεῖ.

20

Ἰστίον ὅτι τὰ πέντε βιβλία τῆς ἀρχαιολογίας ὁ μακαριώ-
 τατος ἐν ἁγίῳ πνεύματι *Μωϋσῆς* ἀνετάξατο κατὰ τὴν *Ἐβραϊδα*
 γλῶσσαν· ἦτις μετὰ ταῦτα, ὡς καὶ αἱ λοιπαί, εἰς *Ἑλληνικὴν* μετ-

prima die primi mensis secundi ab exitu Aegyptiaco anni, ut quidem
 Scriptura tertio libro, qui est Leviticus, testatur. secundo autem mense
 initus est populi numerus, censique a viginti annos nato et supra, ut
 est in Numerorum libro quarto, milia 603 ac 550 viri, absque Levitis,
 qui seorsim numerati deprehensi sunt 22 milia. quadragesimo ab exitu
 anno mortuus est Aaron, natus annos 123. in eius locum substituit
 Moses Eleazarum Aaronis filium. ipse Moses undecimo mense quadra-
 gesimi ab exitu anni, aetatis suae vigesimo supra centesimum, fausta
 precatus universo populo, in montem Nabanum (alias Abarima) situm in
 Moabico solo, cis Iordanem, e regione Ierichuntis, subivit, speculatus-
 que inde terram Israelico populo promissam finem vivendi fecit. nemo
 sepulcrum eius novit: sed et viventis neque caligaverunt oculi neque la-
 bia marcuerunt. tentavit autem eum diabolus, veluti eum qui adversus
 deum deliquisset, eoque trahere conatus est quo reliquos peccatores.
 sed is, ut temerarius audaxque dei amicorum hostis, principis angelo-
 rum manu profligatus ab eo fuit. nebula autem et caligo circa eum lo-
 cum est oborta, ne quis videre posset ubi Moses terrae esset conditus.
 ita Iosephus narrat.

Scire convenit quinque antiquitatis libros a beatissimo Mose spiri-
 tus sancti instinctu fuisse sermone compositos Ebraico; qui sequenti
 tempore cum reliquis in Graecam linguam sunt conversi a septuaginta

εβλήθη διάλεκτον ὑπὸ τῶν ἐβδομήκοντα ἐρμηνευθεῖσα ἐπὶ Πτο-
 λεμαῖον τοῦ Φιλαδέλφου. καὶ ἡ μὲν Γένεσις ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς
 τὴν κοσμογένειαν τὴν τε τοῦ ἀνθρώπου πλάσιν, τὸν κατακλυσμόν, P 80
 τὴν τῶν Σοδομιτῶν ἀπόλειαν, τὴν ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους τῶν
 5 πατέρων Ἀβραὰμ Ἰσὺὰκ καὶ Ἰακώβ βίωσιν καὶ τελείωσιν, τοὺς
 χρηματισμοὺς καὶ τὴν τοῦ Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλείαν περιέχει.
 ἡ δὲ Ἐξοδος τὴν τοῦ Ἰσραὴλ περιέχει κάκωσιν, καὶ τὴν διὰ
 Μωϋσέως ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς διάβασιν, καὶ τὴν ἐν ἐρήμῳ διατρι-
 βήν, καὶ ὅσα νομοθετούμενος ἐπέπρασε τὸν θεόν, καὶ τὴν τῆς
 10 σκηπῆς κατισκευήν. τὸ Λευιτικὸν τὴν τῶν θυσιῶν ποικίλην πα-
 ράδοσιν καὶ τὴν τῶν ἱερέων διακόσμησιν. οἱ Ἀριθμοὶ τὴν δι-
 τὴν ἐπίσκεψιν εἰς τὸν ἀπαρίθμησιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ περιέχει, B
 τὴν μὲν πρώτην ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν μετὰ τὴν ἔξοδον εὐθὺς
 ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ γενομένην, τὴν δὲ δευτέραν ἐπὶ Μωϋσέως καὶ
 15 Ἐλεάζαρ, μετὰ τὴν ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν πανωλεθρίαν τῶν
 πρώτων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, γενομένην ἐν Ἀραβαῶθ Μωάβ
 ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ τὴν Ἰεριχώ. τὸ δὲ Δευτερονόμιον πύσας
 τὰς ἐξ ἀρχῆς μεγαλοουργίας τοῦ θεοῦ μέχρι καὶ τῆς τοῦ Μωϋσέως
 τελευτῆς γενομένης εἰς αὐτοὺς περιέχει, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν δευτέ-
 20 ραν ᾧδὴν πῦσαν, καὶ τοὺς φυλάρχους οἱ καὶ ἔμελλον κατακληρο-
 νομεῖν τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν.

Διελθόντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τὸν Ἰορδάνην, περιέτεμεν ὁ Ἰη- C
 σοὺς πάντα τὸν λαὸν μαχαίραις πετρίναις· τὰ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ
 τισσαράκοντα ἔτη οὐδεὶς περιετμήθη, καὶ οἱ πλείστοι τῶν μαχι-

interpretibus sub Ptolemaeo Philadelpho. et liber quidem Geneseos
 complectitur ab initio repetitam mundi creationem, hominis effictionem,
 diluvium, Sodomaeorum interitum; tum natales vitam atque obitum
 Abrahami Isaaci Iacobi, oracula, regnum Iosephi in Aegypto. Exodus
 habet Israelici populi afflictionem, et eiusdem Mose duce per rubrum
 mare transitum, vitam in solitudine actam, utque populus lege accepta
 deum tentarit, nec non tabernaculi apparatus. Levitico insunt variae
 de sacrificiis praeceptiones et sacerdotum administratio. Numeri dupli-
 cem populi recognitionem sive recensionem continent, quarum prior
 statim ab exitu apud Sinaim montem habita fuit a Mose et Aarone:
 posteriorem censum, prioribus per quadraginta annos suae incredulitatis
 culpa a deo occisione deletis, iuxta Arabaotham Moabicae regionis ad
 Iordanem prope Ierichuntem Moses et Eleazarus egerunt. Deuterono-
 mium omnia magna dei facta et in Ebraeos beneficia ab initio usque
 ad mortem Mosis recenset, itemque totum secundum canticum, ac tri-
 buum principes, qui terram promissam erant distributuri.

Cum populus Israelicus Iordanem fluvium transivisset, Iosua cum
 caltris saxeis circumcidit. nam per quadraginta annos, quos in solitu-
 dine exegerunt, nemo circumcissus fuerat; ac plerique eorum qui ad

μων ἀπερίτμητοι ἦσαν· τὸ δὲ αἷτιον, ὅτι παντὸς ἀλλογενοῦς κε-
χωρισμένοι χρεῖαν τῆς περιτομῆς οὐκ εἶχον. καλῶς ἄρα εἰρηται
τῷ θεῷ ἀποστόλῳ ὅτι οὔτε περιτομή τι ἰσχύει οὔτε ἀκροβυστία,
ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν. καὶ φαγόντος ἐκ τοῦ νέου σίτου τοῦ λαοῦ
τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐξέλιπε τὸ μάννα. τότε καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον 5
Μιχαὴλ εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ εἰς Ἱεριχώ, δι' οὗ καὶ παρε-
D δόθη αὐτῷ ἡ Ἱεριχώ· μετὰ γὰρ ἡμέρας ε' περιστοιχισάντων αὐ-
τὴν μετὰ τῆς κιβωτοῦ, ἐπεὶ ἐσάλπισαν καὶ ἐβόησαν ὁ λαὸς, ἐπε-
σον αὐτόματα τὰ τεῖχη, καὶ εἰσῆλθεν ἐν αὐτῇ Ἰσραὴλ, καὶ ἐσφύγη
πᾶς ὁ λαὸς τῆς Ἱεριχῶ καὶ πᾶν ζῶον, πλὴν Ῥάαβ τῆς πόρνης καὶ 10
τοῦ οἴκου αὐτῆς. ἐκεῖ καὶ Ἄχα ἐλιθοβολήθη ὑπὸ τοῦ Ἰσραὴλ σὺν
πᾶσι τοῖς αὐτοῦ διὰ τὸ ἀποκρῦψαι χρήματα. τότε καὶ Γαβα-
νῖται καὶ οἱ τοῦ Εὐαίου καὶ οἱ λοιποί, ὡς μακρόθεν οἰκοῦντες,
πρὸς Ἰησοῦν σπονδὰς ποιοῦνται· οὓς ἐπιγνοὺς ὕστερον πλησιο-
χώρους ὑπάρχειν τῆς μὲν αἰχμαλωσίας συνεχώρησε, διακονεῖν δὲ 15
P 81 καὶ ξυλοφορεῖν τῷ λαῷ προσέταξε. τοὺς δὲ Ἀμορραίους πολεμῶν
ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαῶ, καὶ κατὰ φάραγγα Ἐλῶμ τὴν σε-
λήνην, ἕως ἐξεπολέμησε τοὺς ἐχθρούς. πᾶσαι δὲ αἷς παρέλαβεν
Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ βασιλείας εικοσιεννέα ἦσαν, ἐπαρχαὶ δὲ ἐπτά,
πᾶρες τῶν τῆς Ἱεριχῶ καὶ τῆς Γέθ. τὴν δὲ Ἱεριχῶ πόλιν καὶ 20
Φοινίκων πόλιν ὀνομάζει, Κινναλους δὲ τοὺς ἀπογόνους Ἰοθάρ.
οὗτος τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τῶν Ἰουδαίων ἔθνη διανέμει εἰς
κλήρον. τελευτᾷ δὲ ζήσας ἔτη ἑκατὸν δέκα, κρατήσας τοῦ Ἰσραὴλ

bellum apti erant, incircumcisi manserant. causa fuit quod ab omnibus alienigenis separati nihil circumcissione indigebant. praeclare itaque a divino apostolo dictum est (1 Cor. 7), neque circumcissionem quicquam valere neque praepucium, sed praeceptorum dei observationem. quo die novis fructibus populus vesci coepit, eo manna defecit. tunc et divini exercitus principem Michaelum Iosua Ierichunte vidit, urbsque ipsi ab eo tradita est. cum enim populus eam per sex dies circumvisisset, simul gestata foederis arca, posteaquam tubis cecinit ac clamorem sustulit, moenia urbis corruerunt populusque in eam intravit. oppidani internecione deleti sunt cum bestiis suis, sola Rahaba meretrice et eius familia superstite. tunc et Achanus lapidibus cum familia sua coopertus est, quod de praeda esset peculatus. tunc etiam Gabaonitae, Evaei posteri ac reliqui, simulato se longinquam terram incolere, cum Iosua foedus pepigerunt. quos cum deinde Iosua intellexisset finitimos esse, capitibus quidem eorum pepercit, populi tamen Israelici lixas calonesque esse iussit. cum Amorraeis porro pugnans solem apud Gabaonem lunamque ad vallem Elomam subsistere iussit, dum hostes excinderet. regna in suam potestatem redegit Iosua numero 29, principatus 7, excepta Ierichunte et Getha. urbem Ierichunte etiam Phoenicum urbem appellat, Cinnaeos posteritatem Iothoris. Iosua ergo terram promissam Iudaico populo tributim distribuit. mortuus est annos natus 110, cum

ἔτη εἴκοσι ἑπτὰ. καὶ ἔθρασαν αὐτὸν ἐν Θαμναθσαράχ, ἐν τῷ ὄρει Β
Ἐφραΐμ, συνθάψαντες αὐτῷ καὶ τὰς πετρίνας μαχαίρας.

Ὅτι τῶν Ἀργείων μετὰ Ἴναχον ἐβασίλευσε Φορωνεύς, καὶ ἄλλοι δὲ πλείους μετ' αὐτῶν ἕως τοῦ Λυγκεύς, ὃς Δαναῶν πολε-
μῆσας τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον ἀποκτείνας, τὴν τε βασιλείαν
αὐτοῦ καὶ τὴν θυγατέρα Κλυταιμνήστραν εἰς γυναικὰ παρῆλαβε.
μετὰ τοῦτον Μεριόπας πέντε μόνους χρόνους βεβασίλευκῶς αὐτὸς
καταλύεται, καὶ ἡ βασιλεία τῶν Ἀργείων ἐπὶ φμδ' ἔτη διαρκέ-
σασα εἰς Συκωνίτας τοὺς Ἑλλαδικοὺς μεταπεπίτωκε.

10 Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωϋσέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας, ἐκ τῆς
φυλῆς Ἰάφεθ, ὃς αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη λβ'.
ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Γύγης. ἐπ' αὐτοῦ γέγονε κατακλυσμός ἐν τῇ C
Ἀττικῇ μόνῃ· αὐτὸς τε ἀπώλετο καὶ ἡ χώρα πᾶσα, καὶ ἕως ἐτῶν
διακοσίων ἔρημος ἔμεινεν.

15 Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς τῶν
Μολοσσῶν χώρας αὐτόχθων τις, Ἀΐδης ὄνομα, βεβασίλευκῶς
μετὰ Μελινδίας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχε θυγατέρα τὴν Περσεφό-
νην, ἧς Πειρίθους ὁ αὐτοῦ συγκλητικὸς ἐρασθεὶς κατὰ σύνταξιν
αὐτῆς ἀρπάσαι ταύτην νυκτὸς ἐβουλήθη. τοῦτο γνοὺς Ἀΐδης,
20 ὃν εἶχε κύνα μέγιστον καὶ ἄγριον, Τρικέρβερον ἐπονομαζόμενον,
ἔξω τῆς θύρας ἔστησε Περσεφόνης ἀγνοούσης. τοῦ δὲ Πειρίθου
πρὸς αὐτὴν παραγενομένου νυκτὸς, ἐφορμήσας ὁ κύων ἀνεῖλεν

12 Ὁ γύγης?

Israelicum populum annos 27 rexisset. humatus est Thamnathsarache
in montibus Ephraimicis, cumque eo lapidei cultri.

In Argivos post Inachum Phoroneus regnum obtinuit, ac post hunc
plures alii usque ad Lynceum, qui Danao regi bellum intulit, eum occi-
dit, regnoque potitus filiam eius Clytaemnestram uxorem duxit. post
hunc Meriopas cum quinque annos tantum regnasset, imperio excidit;
atque sic regnum Argivorum, cum 549 annos durasset, ad Sicyonios
Graecos translatum est.

Mosis aetate quidam magnus vir Gyges nomine, de Iapeti stirpe,
Atticam indigena ipse regno tenuit, per annos 32. eo regnante dilu-
vium in sola Attica exstitit, quo et rex periiit et tota ea regio, quae
etiam per 200 deinceps annos vasta atque inculta iacuit.

Quo tempore Israelicus populus ex Aegypto est egressus, Molossis
indigena quidam, Aides nomine (Plutonem Latini vocant) cum uxore
sua Melindia imperavit. ei regi filia fuit, nomine Proserpina. quam
cum Pirithous regis consiliarius amaret, re cum virgine composita noctu
eam rapere instituit. deprehenso hoc conatu Pluto canem, quem vasto
corpore et saevum habebat, Tricerberum nomine, foris ad ianuam Pro-
serpinae ipsa rei imprudente constituit. ita Pirithoum noctu se ad
illam conferentem adortus canis interfecit; atque ipsam quoque Proser-

αὐτόν. ἔξελθοῦσα δὲ πρὸς τὴν ταραχὴν ἢ κόρη διεσπάραται
 D καὶ αὐτὴ τῷ κυνί. ἐντεῦθεν ἐρρήθη ὅτι ὁ Πλούτων, τὸ τοῦ ἀν-
 δρὸς εὐπορον σημαίνων, τὴν κόρην Περσεφόνην ἀρπάσας ἐς ἄδην
 ὤχετο.

Ἔτι ὁ Αἰγιαλεὺς πρῶτος Σικυωνιτῶν πενήκοντα δύο ἔτη 5
 ἤρξε· μεθ' ἃν ἄλλοι κς' ἕως τοῦ καλουμένου Ζευξίππου, ὃς ἔτος
 ἕν καὶ τριάκοντα ἐβασίλευσεν ἐν αὐτοῖς. καὶ κατέσχευ αὐτῶν ἢ
 βασιλεία ἔτη ἑννακόσια ὀγδοήκοντα.

Τὰ δὲ δυτικὰ καὶ τὰ κυτὰ Ἰταλίαν μέρη ὑπὸ τῶν υἱῶν
 Πίκου τοῦ καὶ Διὸς ἐτοπαρχοῦντο. ἐν δὲ τοῖς Ἑλλησιν ὁ Προ-10
 P 82 μηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεὺς Ἄτλας τε καὶ ὁ πανόπτης Ἄργος ἐγνω-
 ρίζοντο, ὃν καὶ ἑκατοντόφθαλμον διὰ τὸ ὄξυωπέστατον καὶ περι-
 βλέπτον εἶναι τὴν διάνοιαν ἐκάλουν. καὶ ὁ μὲν Ἄτλας ἀστρονο-
 μικὴν μετῆι ἐπιστήμην, διὸ καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζειν αὐτὸν
 ἐμυθεύσαντο, Προμηθεὺς δὲ γραμματικὴν, ὡς φασιν, ἔξεῦρεν. 15
 οἱ δὲ Ἀναξαγόρειοι ἐρμηνεύουσι νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθη-
 νῶν τέχνην. ὅθεν καὶ τὸ “χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύμητις”
 Ἄθῆνηψ.” τὸν δὲ Προμηθεῖα νοῦν ἔλεγον· προμήθεια γάρ ἐστιν
 ἀνθρώποις ὁ νοῦς. διὸ καὶ μυθεύονται τοὺς ἀνθρώπους μετα-
 πελάσθαι, δηλονότι ἀπὸ ἰδιωτείας εἰς γνῶσιν. Ἐπιμηθεὺς δὲ 20
 B τὴν μουσικὴν ἔξεῦρε, καὶ Δευκαλίων τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ
 τῆς Ἀττικῆς ἀνετάξυτο. ὁ Κέκροψ δὲ διφυῆς ὠνομάσθη, ἢ

pinam, cum ad tumultum excurreret, discersit. inde nata est fabula,
 quod Pluto (ea vox divitias viri eius designat) virgine Proserpina raptā
 ad inferos (id est ad Aidem) concesserit.

Aegialeus primus regnum in Sicyonios gessit, annos 52. post hunc
 alii reges viginti sex fuerunt usque ad Zeuxippum. hic Sicyoniis annos
 triginta unum imperavit. duravit hoc regnum annos 980.

Regionibus autem ad solis occasum vergentibus et Italiae posteritas
 Pici Iovis per provincias praefuit. inter Graecos autem innotuerunt
 Prometheus Epimetheus Atlas et acutissimo visu praeditus Argus,
 qui ob perspicacitatem oculorum atque ingenii centumoculus est perhi-
 bitus. Atlas astronomicam tractavit scientiam: itaque fabulati sunt ab
 eo caelum gestari. Prometheum grammaticae inventorem fuisse tradunt.
 Anaxagorei porro philosophi Iovis nomine mentem, Minervae vocabulo
 artem intelligunt. unde est illud “et manibus cassus sapientem Pallada
 quaerit.” Prometheum autem mentem interpretantur: est enim homini-
 bus a mente prudentia, quam prometheiam dicunt. iccirco etiam fabu-
 lantur ab eo homines fuisse transfiguratos, nimirum quod rudes ad
 scientiam adduxerit. musicam invenit Epimetheus: Deucalion historiam
 diluvii Attici conscripsit. Cecropem duplicem seu duabus naturis con-

διὰ μήκος σώματος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. οὗτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους 7, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασεν. ἐπὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρῶτως ἐφύη. ἀπὸ 5 τούτου Κεκροπία ἡ χώρα πρῶτον ἐκλήθη. οὗτος πρῶτος βοῶν ἐθαύμασε καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. ἐπὶ τούτου τὸ ἐν Δῆλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐριχθονίου υἱοῦ Κέκροπος ἰδρύνθη. οὗτος νομοθετεῖ τὰς γυναῖκας ἔτι παρθένους οὔσας ἐνὶ ἀνδρὶ τῷ C βουλομένῳ γαμιέσθαι, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ἕως θανάτου προσανέχειν. 10 ἕως γὰρ αὐτοῦ ἀδιαφόρως ἔζων, πρὸς καιρὸν μιγνύμενοι καὶ αὐθις ὅτε βούλονται διαχωριζόμενοι, ὡς ἄδηλον εἶναι τίς ἂν εἴη τούτου πατήρ, κτηνῶν τρόπον νοθευομένου τοῦ γένους τῆ ἐπιμιξία. ἔλεγε γὰρ αὐτὸ αἴτιον εἶναι τοῦ κατακλυσμοῦ. καὶ μετ' αὐτὸν Κραναὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἑννέα, ὅτι καὶ Σαπφῶ ἡ καὶ πρώτη Μουσῶν ἀνη- 15 γόρευτο. εἶτα Φορνεὺς καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ἕως Κόδρου βασιλεύσαντος αὐτῶν ἔτη κα'. ἐκράτει οὖν ἡ Ἀθηναίων βασιλεία ἔτη 103. κἀντεῦθεν ἄρχοντας δώδεκα προεβάλλοντο, δι' ὧν ἡ κατ' αὐτοὺς διωκονομεῖτο πολιτεία. ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσιν ἐνο- D μοθετεῖ Ἀθηναίων πρῶτος Δράκων ὀνόματι. μετ' αὐτὸν δὲ Σό- 20 λων τοῦ Δράκοντος τοὺς νόμους ἤθετε. εἶτα Θάλης ὁ Μιλήσιος ἐθεσμοθετεῖ, καὶ πάλιν Αἰσχύλος τυραννήσας ἔτος ἑν καὶ μῆνας 5. μεθ' ὃν Ἀλκιβιάδης ἔτη δύο, εἶτα ἄλλοι 17, καὶ αὐθις ἡ τούτων

14 ὅτε?

stantem dixerunt, sive ob corporis proceritatem, sive quod Aegyptius patria utramque linguam calleret. is post diluivium Atticum Athenis regnavit annos 50, urbemque Athenas a Minervae Graeco nomine nuncupavit. eo regnante primum in arce olea est enata. ab ipso regio Cecropia est appellata. is primus bovem admiratus est et Iovem cognominavit. eius tempestate fanum Apollinis Delii in insula Delo positum est ab Erichthonio Cecropis F. is legem tulit uti virgines uni alicui viro volenti nubarent, neque eo vivo rem cum ullo alio haberent. hactenus enim promiscuo concubitu usi fuerant, arbitrio suo inter se iuncti rursusque separati; quo factum est ut nemo patrem suum scire posset, pecoris instar spurios procreantibus hominibus. eam rem ille causam diluivio praebuisse dicebat. post hunc Cranaus regnavit annos 9; quo tempore Sappho vixit, quae prima Musarum dicta fuit. successit Cranao Phorneus, aliique deinceps usque ad Codrum, qui regnum per annos 21 gessit. duravit regnum Atheniense annos 492. inde rem publicam suam duodenam principibus administrandam tradiderunt. ex his primus Draco leges Atheniensibus posuit, quas eius successor Solon abrogavit. post hunc alius Thales Milesius tulit; rursumque Aeschylus, cum in rem publicam tyrannidem obtineret per annum ac 7 menses. post hunc Alciades 11 annium, deinde alii 18, rursusque horum regnum abolitum

Georg. Cedrenus. tom. I. 10

κατελύθη βασιλεία. ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς καὶ οἱ κριταὶ ἦρχον ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ.

Τῶν κριτῶν τοῦ Ἰσραήλ ἐπανύληψις διὰ τὰς τῶν Ἑλλήνων ιστορίας. Μετὰ Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ ἐκ τῆς Ἰούδα καὶ Συμεῶν φρ-
 P 83 λῆς τοῖς ἀλλήλων σχοιρίσμασιν ἀνὰ μέρος βοηθοῦντων πρῶτος 5
 ἄρξαι τοῦ λαοῦ λέγεται Χάλεβ ἔτη λ'. μετὰ τοῦτο ὁ λαὸς εἰδώ-
 λοις λατρεύσας ἐκδίδεται δουλεύειν τῷ Χουσαρθῶμι βασιλεῖ Συ-
 ρίας τῆς Μεσοποταμίας ἔτη ιη'. ἐπιστρέψαντος τοῖνυν τοῦ λαοῦ
 πρὸς θεὸν ἀνίστησι τὸν Γοθονιήλ πρῶτον κριτὴν, ἀδελφὸν νεώ-
 τερον τοῦ Χάλεβ, ὃς ἔκρινε τὸν λαὸν ἔτη μ'. ἐπὶ τούτου γέγονεν 10
 ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ πάλιν τὸ
 πονηρὸν ποιήσας ὁ Ἰσραήλ παρεδόθη Ἑγλῶν βασιλεῖ Μωαβιτῶν
 ἐν τῷ γῶμβ' ἔτει, καὶ ἐδούλευσεν ἔτη ιη'. πάλιν δὲ αὐτοὺς ἐπι-
 B στρέψαντας ἔξαιρέται διὰ τοῦ ἀμφοτεροδεξιῶ Ἀῶδ, ὃς ἔσχε τὸ
 ἐπὶ πῶννον τοῦτο διὰ τὸ ὁμοίως ἐν παντὶ πράγματι τῇ ἐδωνίμῳ 15
 χρῆσθαι χειρὶ καθάπερ καὶ τῇ δεξιᾷ. οὗτος ἠγήσατο τοῦ λαοῦ
 ἔτη π'. τούτου τῷ κζ' ἔτει ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ,
 ἐν δὲ τῷ οζ' ἔτει γέγονε κατακλυσμός ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Αἰθιοπίᾳ.
 πάλιν εἰδωλομανοῦντα τὸν Ἰσραήλ παρέδωκε κύριος ἐν χειρὶ Ἰα-
 βεῖμ βασιλέως Χαναὰν ἔτη κ'. μετὰ ταῦτα Δεβόρα προσηῆτις, 20
 γυνὴ Ἀφειδώθ φυλῆς Ἐφραΐμ, ἔκρινε τὸν Ἰσραήλ. διὰ ταύτης
 ἠγήσατο Βαράκ, υἱὸς Ἀβινοεὶμ ἐκ φυλῆς Νεφθαλιμ, τῆς κατὰ

5 βοηθοῦντων codex Regius 1713: βοηθοῦντες P 8 τῆς om
 ille codex (R) 12 ὁ add R Ἀγλάμ R 17 κζ'] πζ' R
 20 Δεβώρα R

est. eo tempore Iudices populo Israelico prae fuerunt, quos propter Graecorum historias denuo commemorare placuit.

Iudicum Ebraeorum tempora cum Graecis collata. Mortuo Iosua Iudae et Simeonis tribus mutua auxilia iunxerunt. primus populo dux fuisse narratur Calebus, annos 30. inde populus simulacris divinum exhibendo cultum meruit, ut Chusarthomo Syriae, quae est Mesopotamia, regi servitum serviret annos octodecim. cum autem se ad deum populus convertisset, is eis primum iudicem excitavit Gothonielem, Calebi fratrem, natu minorem. is populum 40 annos gubernavit. huius tempore diluvium Deucalionium in Graecia fuit. rursus peccatis populus deum irritans ab eo in potestatem Egloni Moabico regi traditus est, anno mundi 3942, is eique servivit annos 18. respiscentem populum deus postea in libertatem asseruit ambidextri Aodi opera. is 80 annos populum gubernavit. anno eius 27 Atticae rex Cecrops exstitit. anno septuagesimo septimo diluvium fuit in Thessalia et Aethiopia. rursus fictitiorum deorum cultu insaniente populo, concessit deus ut is per viginti annos a Iabimo rege Chanaanico opprimeretur. post Debora fatidica mulier, uxor Apeidothi de tribu Ephraimica, Israelico populo praefuit. hac duce Barachus Abinoemi filius tribu Nephthalimicus cum

Σισάρα μάχης τοῦ ἀρχιστρατήγου Ἰαβείμ, καὶ ἐκράτησε πύσης C
 τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ ὁ Σισάρα τοῖς ποσὶ διαφυγῶν
 ἐπὶ Ἰαήλ γυναικὸς Χάμερ τοῦ Κινναίου ἀναιρεῖται, πασσάλῳ
 κατὰ τῆς γνάθου διαπιρεῖς. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Κάδμος
 5 ἐν Θήβαις ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ τὴν Δεβόρρας τελευτὴν ἐξήμαρτε
 πάλιν ὁ λαός, καὶ παρεδόθη τοῖς Μυδιθαίοις ἔτη ζ'. Γεδεὼν
 δὲ αὐτοῖς ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, θελοῖς σημεῖοις τῆς νίκης κομισά-
 μενος τὴν πίστιν, ἐπανίσταται, καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι τοῖς λάψασι
 καθὼς κύνων τῶν ἰβ' μυριάδας διαχειρισόμενος ἤρξε τοῦ λαοῦ
 10 ἔτη μ'. Ἀβιμέλεχ τούτου υἱὸς ἔτη γ', Θόλα ἔτη κγ', Ἰαίρι ὁ D
 Γαλααδίτης ἔτη κβ'. μετὰ τοῦτο ἐξήμαρτεν ὁ λαός, καὶ παρε-
 δόθη τοῖς Ἀμανταῖς ἔτη ιη'. ἔπειτα τὴν πρὸς θεὸν ποιησάμενος
 ἐπάνοδον σώζονται διὰ τοῦ Ἰεφθάε τοῦ Γαλααδίτου ἔτη ς'. μετὰ
 τοῦτον Ἐσσεβὼν ἔτη ζ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τὸ Ἴλιον
 15 ἐκτίσθη καὶ ἡ Τροία, καὶ Ἀσκληπιὸς τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην
 μετῆι. Ἐγλὼν ὁ Βαβυλωνίτης ἔτη ι'. Ἀβδὼν υἱὸς Σελεῖμ ὁ
 Μαραθωνίτης, ὃς ἦν πατὴρ παιδῶν μ' καὶ ἐκγόνων λ', ἔκρινε
 τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ὁρφεὺς ὁ Θραξ
 ὁ λυρικὸς καὶ ποιητῶν ὑπάντων ἐπισημότητος παρ' Ἑλλήσιν ἐγνω-
 20 ρήετο, ὃς ἐν ποιητικοῖς στίχοις περὶ στοιχείων ποιήσεως καὶ ἀν- P 84
 θρώπου γενέσεως, καὶ φωτὸς ἐξ αἰθέρος ἔλλαμψιν φιλοσοφῶν,

1 Σισάρα R

3 ἀνηρέθη R

9 τῶν] τῶν ἐχθρῶν forte.

margo P

10 τούτου] καὶ ὁ τούτου R

θόλα R

14 ἐσε-

βῶν R

16 ι' margo P, ς' R

Sisera copiarum Iabimi imperatore pugnam commisit, totumque eius exercitum fudit. ipse Sisera pedes fugiens a Iaela uxore Coschameri Cinnai interfectus est, mala clavo transadacta. ea tempestate Cadmus Thebis regnavit. secundum Deborae mortem rursus deliquit populus, Madianiticus vexandus per septem annos divinitus est exhibitus. eos Gedeon tribu Manassaeus, victoriae fiducia signis a deo datis confirmata, cum manu virorum qui canum more aquam lambendo hausissent adortus est, ac extinctis eorum 120 milibus populi per quadraginta annos dux fuit. post hunc Abimeleus filius eius, annos 3, Tholas 23, Iairus Galaadites 22. inde ob sua peccata populus Ammonitis deditus est, ab eoque 18 annos divexatus. cum autem ad deum revertisset, per Iephtham Galaaditam is eos liberavit. princeps populi fuit hic annos 6. post hunc Essebon 7. eo fere tempore Troia et Ilium conduntur, et Aesculapius artem medicam constituit. Eglou Zabulonius annos 10. Abdon Selemi filius Pharathonites, cui quadraginta fuerunt filii, nepotes triginta, Israelicum populum rexit annos 8. hoc tempore apud Graecos innotuit Orpheus Thrax, lyricus omniumque poetarum celebratissimus. is in poematibus suis plurimos versus posuit de elementorum orta nempe hominis nativitate, lucis ex aethere effusione philo-

ἀρχάς τε ἀσωμάτους καὶ ἔξουσίας, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα πάντα, γῆν καὶ θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὄρατά τε καὶ ἀόρατα πάντα ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὄλων γενέσθαι, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ πλασθῆναι ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ λογικὴν λαβεῖν, εἰς μίαν δὲ δύναμιν καὶ ἐν κράτος 5 Θεότητος ἀνάγεσθαι τὰ πάντα θεολογεῖ, ὅς ἐστιν ὁ ὢν Θεός, ὃν B οὐδεὶς ὄρα. τρία δέ, φησὶν, ὀνόματα, βουλή φῶς ζωή, ἐν αὐτῷ, ὀλίγου δεῖν συμφώνως τῇ ἀληθείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς περὶ τε Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος ἀποφθεγγόμενος Ὁρφεύς. λυρωδὸς δὲ καὶ κιθαριδὸς ἔμνεῖται, πῦσαν κατακλεῖν καὶ θέλγων ψυχὴν. 10 καὶ τὰ λοιπὰ προεγράψαν.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Μαρσύαν φιλόσοφον λέγονσι γενέσθαι, ὅς ἐξεῦρε διὰ μουσικῆς ἀλλοὺς ἀπὸ καλῶν, καὶ ἀπενοεῖτο ἀπὸ Θεῶν ἑαυτὸν καὶ λέγων ἀνθρώποις ἐρηξέναι διὰ τοῦ μέλους τῶν καλῶν τροφήν. τοῦτον παραφρονήσαντα 15 C ῥῖψαι λέγεται ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμόν, ὅθεν καὶ ὁ ποταμὸς Μαρσύας ὠνομάσθη· ἀπὸ Κολχίδος δὲ οὗτος ὤρμητο.

Πάλιν ὁ λαὸς προσπταίσας ἐκδέδοται ἀλλοφύλοις ἔτη μ'. ἐπιστρέψαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς Θεὸν ἀνίστησι τὸν Σαμψῶν τὸν τοῦ Μανωῆ υἱόν, ἐκ φυλῆς Δάν, ὅστις καταπολεμήσας τοὺς ἄλλο- 20 φύλους ἄρχει ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Ἡρακλῆς ἔγνω-

7 αὐτῆ R
θέλειεν R

10 ὅμν. ὡς ταῖς ἡδυπελαῖς πᾶσαν κατακλεῖν καὶ
17 ὤρμητο R, ὠρμηται P

sophatus; item de principiis incorporeis, de potestatibus, de sole et luna sideribusque universis, terra mari atque omnibus quae in iis sunt, sive videri ea queant seu visum fugiant, omnia haec ab universi conditore efficta docens. ab eodem hominum genus ex terra effictum animaque rationalis compote praeditum; tum omnia ad unum divinae naturae imperium atque vim referri, nempe ad verum deum, quem nemo videt; cui tria sunt nomina, consilium lumen et vita in ipso. ita sapientissimus Orpheus propemodum veritati, quam nos profitemur, consentanea de deo et hominibus pronuntiavit. lyricus et citharoedus fuisse praedicatur, quae suavitate sermonis quamvis oblectet atque demulceat animam. reliqua supra rettulimus.

Eodem tempore Marsyam quoque philosophum fuisse narrant, qui arte musica invenit fistularum ex calamis confectionem, atque ad insaniam prolapsus dei sibi nomen arrogavit, dicens se alimenta hominibus carmine fistularum repperisse; ferturque mente captus sese in fluvium abiecissee, cui Marsyae nomen inde factum: is ex Colchide venit.

Ceterum populus cum rursus deum offendisset, ab eo barbaris per 40 annos deditus est. conversis ad se deus Samsonem Manoe F. praefecit, tribu Danicum. is devictis barbaris populo annos 20 praefuit. ea

ρῆιτο ὁ τοὺς δεκαδύο ἄθλους διανύσας. Σαμανῆ ἠγήσατο τοῦ
 λαοῦ ἔτος α'. ἀναρχίας γεγονύτας κατὰ τὰς Ἑβραϊκὰς παραδό-
 σεις, καὶ ἔπραττεν ἕκαστος ὑπερ ἠβούλετο, οἷα εἰκὸς ἐν ἀναρχίᾳ
 γίνεσθαι, ἔτη μ', εἰρήνην ἔσχεν ὁ λαὸς πρὸς τοὺς ἄλλοφύλους
 5 ἔτη λ' Σαμανῆ ἠγουμένον. καὶ Ἡλεὶ ὁ ἱερεὺς ἤρξε τοῦ λαοῦ
 ἔτη κ'. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ὁ Ἰλιακὸς πόλεμος ἐγένετο D
 ἔτη δέκα, καὶ τὸ Ἰλιον ἦλκω. Σαμουὴλ διαδεξάμενος τοῦ Ἡλεὶ
 τὴν ἱερατείαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν κρατεῖ τοῦ λαοῦ. φασὶ δὲ αὐτὸν
 δεκαδύο ἐτῶν εἶναι, ὅτε πρῶτον αὐτῷ ἐφάνη λαλήσας ὁ θεός· οἷς
 10 ἡ κιβωτὸς ἐν τῷ Ἀμιναδάμ οἴκῳ διέτριψε. καὶ βυσιλέως χρι-
 σθέντος ἦν ἀντικλιμβανόμενος ὁ Ἡλεὶ ἔτη σ'. γίνεται τοίνυν ἀπὸ
 τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Σαμουὴλ ἔτη χ', ἀπὸ δὲ Νῶε
 καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βρκ', ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτη σπβ'. ὁ μὲν
 Σαμουὴλ ἤδη γεγηρακὼς καὶ τοῦ λαοῦ ὀκνηροτέρως ποιούμενος
 15 τὴν ἐποψίαν, τῶν τε παίδων αὐτοῦ δώροις ἀεὶ τὸ δίκαιον προίε- P 85
 μένων, χρεῖε βασιλέα, τοῦ λαοῦ μὲν καταναγκάζοντος, τοῦ θεοῦ
 δὲ συγγωρήσαντος, τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κίς, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν.
 οὗτος συνεπισχόντος τοῦ Σαμουὴλ βασιλεύει ἔτη κ', ἐφ' ἑαυτοῦ
 δὲ ἔτη κ'. προεφῆτευσε δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἄμα καὶ ἱεράτευσε Σαμουὴλ.
 20 Ἀβεννήρ δὲ ὁ τοῦ Νῆρ τῆς στρατιᾶς ἀφηγεῖτο. τοῦ δὲ Σαοὺλ
 προσπαύσαντος τῷ θεῷ πολλάκις, μειζόνως δὲ διὰ τὴν παρύβασιν
 τῆς αὐτοῦ προστάξεως, περιποιησαμένου τὸν Ἄγαγ βασιλέα

5 καὶ add R 10 ἀμιναδάβ R 15 αὐτῷ R τοῦ δι-
 καίου προειμένων τὴν κρίσιν R

tempestate Hercules innotuit, is qui duodecim aerumnas toleravit. Sa-
 manes populum rexit annum unum. cum, ut est ab Ebraeis traditum,
 magistratu populus vacaret, ac suo quivis arbitrio ageret, sicut in in-
 terregno fieri assolet, per annos 40, pacata a barbaris populo omnia
 fuerunt per annos 30, Samane duce. Elis sacerdos 20 annos populum
 gubernavit. huius aetate bellum Troianum decennale gestum est ac
 Ilium captum. Eli Samuelus successit in sacerdotio et populi guberna-
 tione. hunc tradunt duodecim annorum fuisse, cum primum ei deus
 apparuit atque ipsam affatus est: quibus arca in domo Aminadami com-
 morata fuit. et rege uncto apprehendebat Elis annos 70. proinde flu-
 xerunt ab obitu Iosnae usque ad Samueli mortem anni 610, a Noa et
 diluvio 2120, ab Adamo 4382. enimvero Samuelus, cum ipse ob se-
 nectam aetatem segnius populi negotia obiret, et filii eius donis se cor-
 rupti passi ab aequitate identidem deflecterent, populo cogente ac per-
 missu dei regem populo unctio designat Saulum Kisi F. tribu Benia-
 minicum. is Samuele auxiliante regnum per viginti annos totidemque
 solus gessit. Samuelus eo regnante et vaticinatus est et sacerdotio fun-
 ctus. Abnerus Neri filius exercitui praefuit. cum autem Saulus deum
 saepenumero offendisset, ac maxime quod contra eius praecceptum Ama-

² *Ἀμαλχεϊτῶν*, ἤκουσε παρὰ τοῦ προφήτου “μεματαίωται σοι, διτι οὐκ ἐφέλαξας τὴν ἐντολὴν ἣν ἐνετείλατό σοι κύριος. ἤτοίμασε
B γὰρ ἂν τὴν βασιλείαν σου ἕως αἰῶνος ἐπὶ Ἰσραὴλ. καὶ νῦν οὐ στήσεται ἡ βασιλεία σου, ἀλλὰ ζητήσῃ κύριος ἄνθρωπον κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ.” μετὰ δὲ 5
ταῦτα χροίσαντος τὸν *Δαβὶδ* τοῦ *Σαμουὴλ*, εἶτα γηρούσαντος καὶ τελευτήσαντος, προσέθετο μᾶλλον ὁ *Σαοὺλ* παροργίζῃν τὸν κύριον. ὕθεν καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπ’ αὐτοῦ, καὶ ἐπληγεῖν αὐτὸν πνεῦμα ποιηρῶν. οὗ χάριν καὶ ὁ *Δαβὶδ* ἄγεται πρὸς αὐτόν, εἰς παρηγορίαν ψάλλων διὰ τῆς κινύρας, καὶ ἀφίσταται 10
ἀπ’ αὐτοῦ τὸ ποιηρῶν πνεῦμα. ἀλλ’ οὖν γε πατάξας ὁ *Δαβὶδ* τὸν ἀλλόφυλον *Γολιάθ*, ὃς ἦν ἡλικία πηχῶν τεσσάρων καὶ σπι-
C *θαμῆς* τὸ ὕψος, καὶ περικεφαλαίαν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ θώρακα ἄλυσιδωτῶν πέντε χιλιᾶδων σίκλων χαλκοῦ καὶ σιδήρου, καὶ κνημίδας χαλκῆς ἐπὶ τὰ σκέλη αὐτοῦ, καὶ τὸ ξύλον τοῦ 15
δόρατος αὐτοῦ ὡς ἀντίον ὑφαινότων, καὶ ἡ ἐπ’ αὐτὸ λόγχη ἑξακοσίων σίκλων σιδήρου, καὶ ἄσπιδες χαλκῆ ἀνὰ μέσον τῶν ὤμων αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐπιγαμβρευθεὶς τῷ *Σαοὺλ*, καὶ φθονηθεὶς προσάσει τῶν χορευτριῶν, ἀποδιδρῶσκει ἀπ’ αὐτοῦ, ὅτε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προσδέσεως ἔφαγε, καὶ τοὺς τριακοσίους πεντήκοντα 20
ἑρεῖς ἀνείλε *Σαοὺλ*, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐπάταξε *Νομβῶν* ἐν ῥομφαίᾳ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, καὶ οὐχ ὑπελείφθη ἔξ αὐ-

1 ὁ προφήτης τάδε πρὸς αὐτὸν ἐξείπε **R**
ἂν **R** 16 μεσάντιον **margo P**

2 καὶ ἠτοίμασεν

lecitarum regem Agagum incolumem servasset, ita est a vate compellatus (1 Sam. 15) “actum est de te, propterea quod mandatam dei violasti. absque enim hoc esset, regnum tuum in Israelicam gentem fuerat deus perenne facturum. nunc id non consistet: sed quaeret deus hominem ex animi sui sententia factum, quem suo populo praeponat.” secundum haec cum Samuelus unctione Davidum regno destinasset seniorum confectus diem suum obivisset, perrexit Saulus etiam amplius deum irritare. itaque et a dei spiritu desertus est et a maligno spiritu premi coepit. eam ob rem Davidus ad eum adductus est, qui fidibus ludens ab eo malum genium abigeret ipsumque recrearet. idem Davidus Goliathum barbarum interfecit, altum cubitos quattuor ac spithamam, casside caput armatum, corpus lorica hamata, cuius aes et ferrum appendebat 2 s. unciarum milia, crura ocreis aereis tectum, gestantem hastile instar licitorum textoris, cuius cuspis unciarum trecentarum ferrea, humerisque aeream aspidem ferentem. ob id facinus a Saulo gener adscitus, oborta praetextu choreas ducentium muliercularum cantilenae invidia, a socero profugit. ea tempestate et panes sacros comedit et 350 sacerdotes Saulus trucidavit, urbemque Nobam ferro vastavit, omnibus et hominibus et pecudibus interfectis, solo Abiathare Abimelechii filio

τῶν εἰ μὴ Ἀβιάθαρ υἱὸς Ἀβιμέλεχ, φυγῶν πρὸς Δαβίδ. αὕτη D
 τοῦ Σαουλ ἡ μισσησιμία πάντων τῶν ἄλλων ἀμαρτημάτων δυσσε-
 βιστέρα. καὶ τὸν μὲν Ἀγαγ διέσωσε, καὶ πάντα ὅσα ἦν ἀξιο-
 κτητα· τοῦ δὲ θυμοῦ κεκινήκοτος τοὺς τριακοσίους πενήκοντα
 5 ἰερεῖς καὶ πῦσαν τὴν πόλιν αὐτανδρον διέφθειρε. πολλάκις δὲ
 καταδιώκων τὸν πρῶτατον Δαβίδ ὁ ἀπανθρωπότητος Σαουλ εἰς
 χεῖρας Δαβίδ ἄπαξ καὶ δις ἐμπέπτωκε. μὴ ἀνταποδιδούς δὲ ὁ
 Δαβίδ αὐτῷ κακὸν ἀντὶ κακοῦ μᾶλλον ἔλεγε πρὸς αὐτόν "ἴνα τί
 καταδιώκεις βασιλεῦ λαβεῖν τὴν ψυχὴν μου; δικαίωσι κήριος μέσον
 10 ἡμῶν." καὶ ὁ μὲν οἶκος Δαβίδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, ὁ δὲ P 86
 οἶκος Σαουλ ἐπορεύετο καὶ ἡσθένει. καὶ ἀπέθανε Σαουλ ἐν ταῖς
 ἀνομίαις αὐτοῦ, τοξευθεὶς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων εἰς τὰ ὑποχόνδρια·
 καὶ μὴ ἀποθνήσκων αὐτὸς γέγονεν αὐτοφονευτής, ἐπιπεσὼν ἐπὶ
 τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, μὴ πως ἐμπαίξωσιν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι.

15 Μετὰ δὲ Σαουλ ἐβασίλευσε Δαβίδ ἔτη τεσσαράκοντα, ὅς
 ἐποίησε τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ πάντα, κατὰ τὸ εἰρημένον "ἔθρον
 τὸν τοῦ Ἰεσοαὶ Δαβίδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὅς ποιήσει
 πάντα τὰ θελήματά μου." καὶ ἐπορεύετο Δαβίδ πορευόμενος
 καὶ μεγαλυνόμενος, καὶ κήριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ. εἶχε
 20 δὲ καὶ δυνατοὺς ἄνδρας τριακονταεπτὰ τοιοῦτους ὥστε τὸν μικρὸν B
 αὐτῶν ποιεῖν πρὸς ἑκατόν, τὸν δὲ μέγαν πρὸς χίλους. ἐξ ὧν
 ἴσθι τὰ ὀνόματα ταῦτα. Σεβοχᾶ· οὗτος ἐπάταξε τὸν Σῆφ τὸν
 τοῦ Ῥαφαῦ, ἀπόγονον τῶν γιγάντων. Ἐλεανᾶν· οὗτος ἀνείλεν
 ἄνδρα δυνατὸν Χετταῖον, οὗ ἦν τὸ ξύλον τοῦ δόρατος ὡς ἀντίον

superstite, qui fuga ad Davidum evaserat. id parricidium Sauli omnia
 flagitia impietate superavit. quippe qui Agago et rebus omnibus pre-
 tiosis percussisset, is ira permotus 350 sacerdotes urbemque eorum cum
 omnibus mortalibus delevit. enimvero inhumanissimus Saulus lenissimum
 Davidum crebro persequens semel atque iterum in eius manus incidit.
 tantum autem a reponendo maleficio absfuit Davidus, ut regem potius
 ita alloqueretur "cur, o rex, vitae meae insidiaris? disceptet deus cau-
 sam nostram." ac Davidi quidem domus paulatim crevit, Sauli familia
 marcescente. tandem Saulus in suis iniquitatibus immortalis est, a bar-
 baris sagitta in ilia confixus; quod vulnus cum mortem non accelerasset,
 ipse sibi necem conscivit gladio suo incumbens, ne a barbaris per ludi-
 brium haberetur.

Post Saulum Davidus regno per 40 annos functus est, et in omni-
 bus factis dei voluntati paruit, sicuti scriptum est "inveni filium Isai
 Davidum, virum ex animi mei sententia: is voluntatem meam in omni-
 bus exsequetur." adfuit ergo omnipotens Davido, isque rebus secundis
 auctus est. habuit potentes viros triginta septem, quorum minimus cen-
 tum viris, maximus mille viris compararetur. ex his fuit Sebochas,
 qui Sepham Raphae filium percussit de gigantibus prognatum; Elea-
 nas, qui Chettaeum virum robustum stravit, cuius hostile erat licia-

ἐφαιρόντων. Ἰωανάθαν· οὗτος ἐφόνευσεν ἄνδρα δυνατὸν καὶ
 παμμεγέθη, ἔχοντα ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀνὰ δακτύλους
 ἕξ. Ἀδίνων· οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ ἐπὶ δακτυλο-
 σίων στρατιωτῶν εἰς μίαν παρεμβολήν. Ἰεσεβαδᾶ· οὗτος ἐσπά-
 σατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐν καιρῷ ἐνὶ ἐπὶ τραυματιῶν τριακο-
 5 C σίων. Μαρά· οὗτος τῶν ἀλλοφύλων ἐπελθόντων καὶ βουλομέ-
 νων ἄρπάσαι τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ πλήρη οὖσαν φακῆς, καὶ τοῦ
 λαοῦ φυγόντος, μόνος ἔστη, καὶ τοὺς μὲν ἀλλοφύλους ἐδίωξε,
 τὴν δὲ μερίδα τοῦ ἀγροῦ ἐφύλαξεν. Ἐλεάζαρ· οὗτος μερίδος
 οὖσης κριθῶν, καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐπελθόντων, καὶ τοῦ λαοῦ 10
 φυγόντος, μόνος ἐστηλώθη, καὶ τοὺς μὲν ἀλλοφύλους ἔτρεψε,
 τὴν δὲ κριθὴν δέωσσε· τοσοῦτους γὰρ ἐπάταξεν ἐν τοῖς ἀλλοφύ-
 λοις, ἕως ἢ χεὶρ αὐτοῦ κοπιύσασα προσεκολλήθη τῇ μαχαίρᾳ,
 καὶ ὁ λαὸς ἐπέστρεψεν ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὸ σκυλεύειν. Μαναιῖς·
 οὗτος πολλὰ μὲν ἐποίησεν ἔργα, ἐπάταξε δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀριτῆλ 15
 D τοῦ Μωάβ, καὶ καταβὰς ἐν ἡμέραις χιόνος εἰς λάκκον ἐφόνευσε
 λέοντα. Ἐνέϊλε δὲ καὶ ἄνδρα Αἰγύπτιον ἐπίπληχυν, ἔχοντα ξύ-
 λον διαβάθρας ὡς δόρυ· ἄρπάσας γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ξύλον ἐν
 αὐτῷ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ἀβεσαῦ ὁ ἀδελφὸς Ἰωάβ· οὗτος ἐπά-
 ταξεν ἄνδρας ἑξακοσίους καὶ τὸν Ἰεσβὰν θύλοντι φονεῦσαι τὸν 20
 Δαβὶδ (ἦν δὲ ὁ Ἰεσβὰν ἔκγονος τοῦ Ῥαφάν), δόρυ ἔχοντα
 σταθμοῦ σίκλων τριακοσίων. ἦν δὲ ἔτρεχεν ὁ Ἀβεσαῦ, ἦν ὡς
 δορκὰς ἐν τοῖς ὄρεσι. τρεῖς δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν δυνατοί, περι-
 κυκλωσάντων ποτὲ τῶν ἀλλοφύλων τὴν Βηθλεέμ καὶ τοῦ Δαβὶδ

14 Βαναίας margo P

torii textoris aequale; Ionathas, qui virum ingenti robore ac mole cor-
 poris deiecit, senis pedum ac manuum digitis praeditum; Adinon, qui
 uno praelio gladium contra octingentos viros strinxit; Iesebadas, qui
 una pugna trecentos sauciavit; Maras, qui barbaris irruentibus agrigue
 portionem lente consitam diripere conantibus, cum fugeret populus,
 solus ipse substitit barbarisque in fugam actis agrum defendit; Eleaza-
 rus, qui messe hordei inita, cum barbarorum adventu populus fugisset,
 unicus substitit et hordeum tutatus est profligatis barbaris, quorum
 tantam edidit stragem, ut manus eius defatigata gladio adhaeserit, re-
 versusque est populus ad legenda spolia; Banaias, cuius multa fuerunt
 facinora. filios Arielis Moabici iste percussit, et quadam die cum nix
 iaceret, in foveam descendit, inque ea leonem iugulavit. idem Aegy-
 ptium quandam septem cubitos longum, qui ligno nautico hastae loco
 utebatur aggressus, lignum id ei eripuit, ipsumque eo necavit. Abisaius
 Iobab frater 600 viros percussit, et Iesbam, qui Davido caedem intenta-
 bat. fuit is Iesbas ex posteris Raphae, cuius cuspis 150 uncias appen-
 debat. cum Abisaius curreret, similis erat capreae montanae. cum au-
 tem quodam tempore barbari Bethleheman obsidione cinxissent, ac

ἐπιθυμήσαντος πιεῖν ἐκ τοῦ ἐν Βηθλεὲμ φρέατος, διέρρηξαν οἱ
 τρεῖς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων καὶ ἤνεγκαν τῷ Δαβὶδ P 87
 ὕδωρ ὑπὸ τοῦ φρέατος. ὁ δὲ Θανμίσας τὴν ἀνδρίαν αὐτῶν οὐκ
 ἔπιε τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ κυρίῳ, λέγων "ἰλεῖός μοι,
 5 κῦριε, εἰ αἷμα ἀνθρώπων πορευθέντων ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν
 κίωμαι." ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ αὐτῶν ὑπῆρχον ἄνδρες ἀκτι-
 γώνιστοι καὶ φοβερώτατοι τοῖς ἐναντίοις, θυρεοὺς ἔχοντες καὶ
 δόρατα μέγιστα, καὶ κοῦφοι τοῖς ποσὶν ὡς δορκάδες ἐπὶ τῶν
 ὀρέων, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα λεόντων. τῶν δὲ γε
 15 πολεμιστῶν τοῦ κοινοῦ λαοῦ οὓς εἶχεν ὁ Δαβὶδ, ἦν ἀριθμὸς μυ-
 ριάδες σὺν τῷ Δαβὶδ, καθὼς ἠριθμήθησαν ὑπὸ Ἰωάβ τοῦ ἀρχιστρατήγου.
 φησὶ γάρ "καὶ προσέθετο ὀργῇ κύριος ἐκκατῆσαι ἐν Ἰσραὴλ, καὶ B
 ἐπέσειε τὸν Δαβὶδ ἐν αὐτοῖς λέγων 'πορεύθητι καὶ ἀριθμήσον τὸν
 Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν.' καὶ εἶπεν ὁ βουσιλεύς πρὸς Ἰωάβ τὸν
 20 ἄρχοντα τῆς ἰσχύος τὸν μετ' αὐτοῦ 'ἐπίσκεψαι τὸν λαόν, καὶ
 γνῶσομαι τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ.' καὶ εἶπεν Ἰωάβ 'προσθήη κύριος
 ὁ θεὸς πρὸς τὸν λαόν σου· καὶ ἵνα τί ὁ κύριός μου βοῦλεται ἐν
 τῷ λόγῳ τούτῳ;' καὶ ὑπερίσχυσεν ὁ λόγος τοῦ βουσιλέως, καὶ
 ἀπῆλθεν Ἰωάβ καὶ ἐπεσκέψατο τὸν λαόν. καὶ ἦν πῦς Ἰσραὴλ
 25 χίλιαι χιλιάδες καὶ ἑκατὸν χιλιάδες ἀνδρῶν ἑσπασμένων ῥομφαίαν,
 καὶ Ἰούδας χιλιάδες τετρακόσαι ὀγδοήκοντα ἀνδρῶν ἑσπασμένων
 μάχαιραν. τὸν δὲ Λεβὶ καὶ τὸν Βενιαμὴν οὐκ ἠρίθμησεν, ὅτι C
 προσώχθισεν ὁ λόγος τοῦ βουσιλέως τὸν Ἰωάβ, καὶ πονηρὸν ἐφάνη

7 αἰχροντες margo P

Davidus potum aquae de fonte Bethlehemensi desideraret, tres viri de
 reliquis potentibus castra barbarorum perruperunt, regique suo aquam
 de illo fonte attulerunt. Davidus eorum fortitudinem admiratus non
 bibit aquam, sed domino eam libavit, ita fatus "propitius mihi sis,
 domine: non bibam sanguinem virorum, qui vitae suae periculo eam
 attulere aquam." itidem et reliqui eorum insuperabiles erant, summo-
 que hostibus terrori, scutis armati et hastis praegrandibus, cursuque
 instar montanarum caprearum veloces, ac vultu leonino praediti. cete-
 rum numerus militum quos de populo Davidus habebat, fuit 2340 milia,
 quem quidem Iobus exercitus princeps concepit. ita enim scriptum
 est (2 Sam. ult.) "porro autem ira domini adversus Israelicum populum
 exarsit; isque Davidum incitavit ut mitteret qui Israelicum ac Iudaicum
 populum numerarent. mandavit ergo rex Iobus suarum copiarum summo
 duci, ut populum perlustraret sibi que eius numerum indicaret. Iobus
 tametsi, incrementum populi regi precatus, causaretur sibi mirum vi-
 deri cur rex hoc fieri vellet, tamen regis mandato praevalente abiit po-
 pulumque perlustravit. inventa sunt Israelici populi 1100 milia virorum
 gladium stringentium, et Iudaici 480 milia. Levis et Beniamini tribus
 recensae non sunt: offenderat enim regis sermo Iobum. displicuit au-

ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐπάταξε καρδία Δαβὶδ αὐτὸν ἐν τῷ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· καὶ ἀπέστειλε κύριος Γάδ τὸν προφήτην πρὸς Δαβὶδ, καὶ εἶπε ἑτάδε λέγει κύριος· ἐκλέξαι σεαυτῷ γενέσθαι σοι ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐν τῇ γῆ σου, ἢ μῆνας τρεῖς φεύγειν σε ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου ἔμπροσθεν, ἢ τρεῖς ἡμέρας θάνατον ἐν τῇ γῆ σου.⁵ καὶ εἶπε Δαβὶδ πρὸς Γάδ ἑστενά μοι σφόδρα πάντοθεν ἰστί· πλὴν ἐμπεισοῦμαι εἰς χεῖρας κυρίου, ὅτι πολλοὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ. εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων οὐ μὴ ἐμπέσω.⁶ καὶ ἐξελέξατο

D Δαβὶδ τὸν θάνατον, καὶ ἡμέρα θέρους πυρῶν, καὶ ἔδωκε κύριος θάνατον ἐν Ἰσραὴλ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἄριστου, καὶ ἀπέθανον ἐκ **10** τοῦ λαοῦ χιλιάδες ἑβδομήκοντα. καὶ ἐξέτεινεν ὁ ἄγγελος Θεοῦ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ διαφθεῖραι ἐν αὐτῇ. καὶ εἶπεν Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεόν ἰδοὺ ἐγὼ ἡμάρτηκα, καὶ ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ κακοποιήσας, καὶ τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν; γενέσθω δὲ ἡ χεὶρ σου ἐν ἐμοί, κύριε, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς μου.⁷ καὶ **15** παρακληθεὶς ὁ κύριος εἶπε πρὸς τὸν ἄγγελον ἄνες τὴν χεῖρά σου.⁸ καὶ ὠκοδόμησεν ἐκεῖ Δαβὶδ θυσιαστήριον, καὶ ἀνήγαγεν εὐδύς ὄλοκαυτώσεις. καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ κύριος, καὶ συνεσχέθη ἡ

P 88 θραῦσις τοῦ λαοῦ.⁹ ταῦτα δέ, φησὶ Θεοδώρητος, οὐκ ἀπεικὸς συμβέβηκεν, ἀλλ' οἰκείας παρνομίας ἔτισε δίκας ὁ λαὸς διὰ προ- **20** φάσεως· καταλιπὼν γὰρ τὸν εὐσεβῆ καὶ Θεῖον βουσιλέα τυράννω καὶ πατραλοίμῃ παιδὶ συνεστράτευσεν. οὕτω δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ Σαουλ εἰς τοὺς Γαβριωνίτας ἀναίρεσιν ἐπαιδευθήσαν διὰ λιμοῦ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. ὁ μὲν γὰρ λαὸς ὕπας καὶ Ἰησοῦς ὁ

tem deo id factum, et cor Davidi tremuit instituta ea dinumeratione. dominus ergo vatem Gadum ad Davidum misit, qui ei suis verbis indicaret optionem ipsi dari liberam: vel penuriam triennalem regni, vel trium mensium fugam insequentibus hostibus, vel pestem trium dierum in regno suo deligeret. respondit rex se in tantis angustiis versantem malle in dei, cuius multiplex esset misericordia, quam in hominum manus incidere: proinde pestilentiam praeferre. ergo cum triticea messis esset, luem deus Israelico populo immisit; ac perierunt ab aurora usque ad prandii horam 70 hominum milia. iamque etiam ad Ierusalem angelus manum extendebat, ut in ea stragem ederet. ibi Davidus dominum interpellavit, suam esse culpam, se pastorem populi deliquisse, nullum esse ovium maleficium: se ergo deus et paternam Davidi familiam potius affligeret. exoratus deus angelo mandavit ut manum suam retraheret. ibique Davidus aram exstruxit et solidum deo sacrificium obtulit; atque deo precibus annuente cessavit clades populi. haec, inquit Theodoretus, non abs re ita evenerunt: verum ea occasione populus sui peccati poenas dedit, quod pio ac divinitus constituto rege derelicto castra tyranni ac patri suo necem struentis secutus erat. sic etiam a morte Sauli fames eos castigavit ob interfectos a Saulo Gabonitas. etenim et Iosua et universus populus pactum iterant cum

τοῦ Νανῆ πεποίηκε τὰς πρὸς τοὺς Γαβριωνίτας συνθήκας, ἐκοι-
 νώησε δὲ τῶν ὄρκων καὶ Ἐλεάζαρ ὁ ἀρχιερεὺς. ἶδει τοίνυν τοὺς
 ἀπογόνους τῶν ὁμιωμοκότων μὴ παραβῆναι τὸν ὄρκον. φησὶ γὰρ
 πρὸς αὐτοὺς Ἰησοῦς μετὰ τὴν φανέρωσιν τῆς πανουργίας αὐτῶν
 5 "καὶ τῶν ἐπικατάρτοι ἐστε. οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἕξ ὑμῶν δοῦλος, οὐδὲ B
 ξυλοκόπος καὶ ὑδροφόρος ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου. διὰ τοῦτο ἐγέ-
 ροντο ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θεοῦ καὶ
 πάσῃ τῇ συναγωγῇ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης." ἐπεὶ οὖν ταῦτα
 παρελόγισαντο, διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπέστη-
 10 σαν τὴν διὰ τοῦ λιμοῦ παιδείαν. διδάσκει γοῦν ἡμᾶς ὁ λόγος μὴ
 παραβαίνειν τὰς μεθ' ὄρκων συνθήκας ἐπὶ θεοῦ γινομένας, καὶ
 εἰς ἄλλων ὠφελίαν ἢ παρὰβυσσιν γίνηται. ἀγνοῶν δὲ τὴν αἰτίαν
 ὁ Δαβὶδ τῆς θεηλάτου πληγῆς τοῦ λιμοῦ τὸν θεὸν ἀνηρώτα. καὶ
 μαθὼν ὡς ἕνεκα τῆς τῶν Γαβριωνιτῶν ἀδίκου ἀναιρέσεως εὐθύνας C
 15 ἐσπράττυνται, αὐτοῖς ἐκείνοις ἐχρήσατο κριταῖς τοῖς ἡδίκημένοις,
 λέγων "τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι;" καὶ φασὶν "οὐκ
 ἔστιν ἡμῖν ἀργύριον οὐδὲ χρυσίον μετὰ Σαούλ, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν
 θανατῶσαι ἄνδρα ἐκ παντός Ἰσραὴλ· ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ὁ διώξας καὶ
 συντελέσας ἡμᾶς, ὥσπερ ἐλογίσαιτο ἡμᾶς ἐξολοθρεῦσαι, ἀφανί-
 20 σωμεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἀντικαθίστασθαι παντὶ ὀρίῳ Ἰσραὴλ. καὶ
 δοθήτωσαν ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ ἐκ τῶν νιῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξιλασόμεθα
 ἐν αὐτοῖς κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαούλ." ἐκ ἐκείνῳ τοίνυν τῷ χωρίῳ
 ἀνεσκολόπισαν τοὺς ἄνδρας, ἐν ᾧ τὰς παρανόμους ἐτόλμησεν
 ἐκείνος μαιφρονίας. οὗτοι δὲ ἦσαν τοῦ Σαούλ δύο μὲν υἱοὶ νό-

Gabaonitis, cuius iuramenti etiam particeps fuit Eleazarus pontifex.
 non debuerunt ergo posterii eorum qui iuraverant, iusiurandum violare.
 post detectam enim fraudem Gabaonitarum, ita Iosua eos affatus fuit:
 "iam nunc ergo execrationi obnoxii estis. nunquam erit ut non de vo-
 bis sit servus, lignorum sector et aquae baiulator, qui mihi et deo meo
 serviat." propterea destinati sunt ad findendum ligna et portandum
 aquam ad altare dei et toti coetui usque in hunc diem. quoniam ergo
 calumnia id foedus Israelici disciderunt, ideo etiam post eius mortem
 fame castigati sunt. haec nos oratio docet, quae interposito iuramento
 pacta sunt teste deo inita, violanda non esse, utcunque ea violatio aliis
 expediat. Davidus autem causam divinitus immissae penuriae ignorans
 deum consuluit; ab eoque edoctus puniri populum ob iniuste necatos
 Gabaonitas, eos ipsos qui iniuria fuerant affecti, arbitros constituit,
 ac percontatus est qua se placari ratione vellent. responderunt Gabao-
 nitae se neque aurum Sauli neque argentum eius neque ullum ex Israe-
 lico populo hominem ad necem deposcere: eius viri qui ipsos persecutus
 fuisset ac excindere molitus, cupere se memoriam ex Israelica gente
 delere; itaque septem eius stirpe natos se deposcere, his se flagitium
 coram domino expiuros in colle Sauli. eo igitur in loco viros eos in
 cruce egerunt, in quo iniustus ille caedes ausus fuerat. erant autem,

Θοι, πέντε δὲ τῶν ὑστέρων νιῶν αὐτοῦ. τῆς οὖν τιμωρίας γεγε-
D νημένης Ἰλεις ὁ δεσπότης ἐγένετο καὶ ἡ γῆ τὸν ἐξ ἔθους ἔδωκε
καρπὸν.

Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ δειλῆς ἀνέστη Δαβὶδ
ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου **5**
τῶν βουσιλέων, καὶ εἶδε γυναῖκα λουομένην ἀπὸ τοῦ δώματος, καὶ
ἡ γυνὴ καλὴ τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ἰδὼν τὸ γύναιον λουόμενον
οὐκ ἔφραγε τὴν θείαν ὡς ὀλεθρίαν, ἀλλὰ κατατελχθεὶς τῷ τῆς
ᾠρας δελέατι τὸ τῆς ἁμαρτίας κατέπιεν ἄγκιστρον. καὶ ἐτέρου
τάχα πάθους χείρονος, τῆς ἐπάρσεως δηλονότι, γέγονεν ἴαμα. **10**
P 89 ὅπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὑποφαινὼν ἔλεγεν “ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην
καὶ ἐξηπορήθην. καὶ ἐγὼ μὲν εἶπον ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ
σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ
ἐγεννήθην τεταραγμένος. ἀλλ’ ἀγαθὸν μοι ὅτι ἐταπεινώσας με,
ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου.” διὰ γὰρ τῆς τοῦ νιοῦ ἐπα- **15**
ναστάσεως δίκας ἐναργεῖς ἔτισε τοῦ τε φόνου καὶ τῆς μοιχείας
κατὰ τὴν θείαν πρόρρησιν. φησὶ γάρ “τάδε λέγει κύριος· ἰδοὺ
ἐγὼ ἐγείρω κακὰ ἐπὶ σε ἐκ τοῦ οἴκου σου” καὶ τὰ ἐξῆς. ὅσον
τοῖνον θλίψις ὀνήνησι καὶ συμφορὰ καὶ μέριμνα, καὶ ἐκ ταύτης
τῆς ἱστορίας μανθάνομεν. διωκόμενος γὰρ ἐπὶ τοῦ Σαουλ ὁ Θεὸς **20**
B Δαβὶδ πῦσαν κατώρθου φιλοσοφίαν, καὶ παραταττόμενος καὶ
ταῖς φροντίσι τῶν πολέμων ἐνασχολῶν τὴν διάνοιαν κατὰ τοὺς ἐε-
ροὺς ἐπολιτεύετο νόμους. ἀνακωχῆς δὲ τευχῶν ὀλίγης τὸν ὄλισθον

qui crucibus affixi sunt, duo filii Sauli spurii et quinque ex posterioribus filiis eius. eo supplicio peracto placatus est dominus, ac terra solitas fruges exhibuit.

Secundum haec quadam vespera Davidus cum de lecto suo surrexisset, deambulavit in tecto regiae, indeque mulierem lavantem prospexit forma insigni. neque vero se ab eo spectaculo subtraxit, sed formae pulchritudine inescatus hamum peccati deglutivit. quod ei alterius, nimirum deterioris, affectus fuit remedium, videlicet animi elationis, id quod ipse innuit his verbis “ego cum fuissem elatus, depressus sum et in summas angustias redactus. atque ego quidem rebus meis secundis dixi, nullo unquam tempore labefactabor: ut primum vero tuam faciem avertisti, conturbatus fui. mihi vero conducibile fuit, abs te deprimi, ut sic tua iura discerem.” etenim rebellione filii aperte poenas cum adulterii tum homicidii persolvit, quomodo ei divinitus praedictum fuerat: “ecce ego tibi ex domo tua calamitates immittam” et cetera. iam haec quoque nos historia docet res adversas, calamitates atque sollicitudines expedire. quo enim tempore beatus Davidus infestum Saulum fugit, eo in omnibus sapientiae studiis praeclare se gessit; interque belli pericula et hostilium conatum occupationibus animo intento, ex praescripto sacrarum legum vixit. idem paucillum requietis

ἐκίῳον ἐπέμεινε. τοῦ δὲ προφήτου πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντος, καὶ τὸν ἔλεγον αὐτοῦ ὑπομεινάντος καὶ τὴν ἔξομολόγησιν ποιησαμένου καὶ “ἡμίρτηκη τῷ κυρίῳ μου” φήσαντος, φησὶν ὁ προφήτης “οὐ μὴ ἀποθάνῃς, πλὴν παροργίζων παρώργισας ἐν τοῖς ἑπεναντίοις τὸν κύριον.” καὶ πρῶτον μέντοι τὸ μοιχαλίδιον παιδίον ἐπάταξεν ὁ θεός, ἔπειτα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπανύστασιν κατ’ αὐτοῦ παραδηλῶν φησί “καὶ νῦν οὐκ ἐξαρθήσεται ῥομφαία ἐκ τοῦ οἴκου σου.” εἰκότως οὖν ἔλεγε “παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με.” καὶ γὰρ παντοδουπαῖς αὐτόν, οἷα δὲ πάνσοφος ἰατρός, παιδείαις ἐπέβαλεν ὁ θεὸς μετὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς ἀμαρτίας. ὁ οὖν μακάριος Δαβὶδ πρὸ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ καλέσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα εἶπεν αὐτῷ “Σολομῶν τέκνον μου, ἐμοὶ ἐγένετο ἐπὶ ψυχὴν τοῦ οἰκοδομήσαι οἶκον κυρίῳ τῷ θεῷ. καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου ἐπ’ ἐμοί, λέγων αἶμα εἰς πλῆθος ἐξέχεας καὶ πολέμους ἐποίησας μεγάλους. οὐκ οἰκοδομήσεις οἶκον τῷ ὀνόματί μου. ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται σοι, καὶ ἀναπαύσω αὐτὸν ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ὅτι Σολομῶν ὄνομα αὐτῷ. οὗτος οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου.” καὶ νῦν ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ κατὰ τὴν πτωχείαν μου ἠτοίμασα εἰς οἶκον κυρίου χρυσίου τέλαντα χιλιάδας ἑκατὸν καὶ ἀργυρίου τέλαντα χιλίας χιλιάδας, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον οὗ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς· καὶ πρὸς ταῦτα πρόσθεις εἰς οἰκοδομὴν ναοῦ

nactus in istam est prolapsus foeditatem. ingresso ad se vate, et delicti exprobrationem sustinuit et confessus flagitium est, peccasse contra dominum sese perhibens. itaque vates eum morte non plectendum huius culpae causa pronuntiavit, quanquam vehementer deum exasperasset. is primum prolem ex eo adulterio natam necavit, deinde filii rebellionem ei significavit, cum in familia ipsius nunquam a gladiis fore vacationem denuntiaret. convenienter ergo Davidus dixit se a deo vehementer quidem castigatum, non tamen neci traditum fuisse. nam deus, ut sapientissimus medicus, omnis generis castigationibus eum exercuit, posteaquam peccatum suum confessus fuit. is ergo beatus Davidus, antequam ex hac vita commigraret, advocatum ad se filium Solomonem in hanc sententiam est allocutus. “fili mi Solomon, induxeram ego in animum meum domino deo templum aedificare: sed me deus ita monuit, ut significaret me, quia multum sanguinis fudissem ac magna bella gessissem, ipsius nomini aedem conditurum non esse: filium mihi nasci, a quo (id quod et Solomonis nomen denotat) omnem hostium impetum esset ipse prohibiturus: eum nomini dei templum exstructurum. tu itaque, fili, vir esto, et vires sume. atque ecce ego, quantum mea paupertas tulit, ad aedificandam domino domum, confeci talenta auri 100000, argenti talenta 1000000, praeterea aeris atque ferri innumerabilem vim. tu iis adde quae ad aedificandum deo templum fa-

κυρίου.” καὶ Δαβὶδ πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, καὶ βασιλεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶντα πάλιν εἶπεν αὐτῷ ἐνώπιον τοῦ λαοῦ “ἰδοὺ ἡτοίμασα εἰς οἶκον τοῦ Θεοῦ μου χρυσίον ἀργύριον
P 90 χαλκὸν σίδηρον καὶ πάντα λίθον τίμιον καὶ λίθους τιμίους πολυτελεῖς καὶ ποικίλους. καὶ πρὸς τούτοις δίδωμι, ἐκτὸς ὧν ἡτοί- 5
 μασα εἰς οἶκον τὸν ἅγιον, χρυσίου τοῦ ἕξ Ὁφείρ τέλαντα τρισχιλία, καὶ ἑπτακισχίλια τέλαντα ἀργυρίου δοκίμου, τοῦ ἕξαλειφθῆναι ἐν αὐτοῖς τοῖς τοίχοις τοῦ ἱεροῦ.” οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἔδωκαν εἰς τὰ ἔργα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ χρυσίου τέλαντα ἑπτακισχίλια καὶ ἀργύριον καὶ λίθους τιμίους καὶ χαλκὸν 10
 ἄπειρον. καὶ εὐλογήσας τὸν λαὸν ὁ Δαβὶδ καὶ ἀποστείλας εἶπεν αὐτοῖς τῷ υἱῷ αὐτοῦ “καὶ νῦν, Σολομῶν, γινῶθι τὸν Θεὸν τῶν πατέρων σου, καὶ δούλευσον αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ὅτι καρδίας πάσας ἐτάζει κύριος καὶ πᾶν ἐνθύμημα.
B γινώσκει. καὶ ἐὰν ζητήσῃς αὐτόν, ἐρεθίσειται σοι· καὶ ἐὰν 15
 καταλείψῃς αὐτόν, καταλείψει σε εἰς τέλος.” καὶ ἔδωκε Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ τὸ παρόδειγμα τοῦ ναοῦ παντὸς καὶ τῶν Χερουβὶμ τῶν διαπεπετυσμένων ταῖς πτέρυξι καὶ σκιαζόντων ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου. πάντα ἐν γραφῇ χειρὸς κυρίου δέδωκε Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ, λέγων “ἴσχυε καὶ ἀν- 20
 δρῆσον, ὅτι κύριος ὁ Θεός μου μετὰ σου.”

Καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησε Δαβὶδ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἐν γῆρῳ καλῷ καὶ πλήρης ἡμερῶν, ἐτῶν ὀ. φησὶ γάρ “καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Σαούλ, καὶ ἔρχονται οἱ ἄν-

cient.” erat autem Davidus admodum provecta aetate et satur annorum. cumque filium suum Solomonem regno inaugurasset, rursus coram populo ita eum est allocutus. “ecce paravi ad structuram aedis deo meo consecrandae aurum argentum aes ferrum lapides, omnis generis pretiosas gemmas: his addo auri Ophirei talenta ter mille, ac septem milia talentorum argenti probati ad muros templi incrustandos.” principes autem populi Israelici ad idem opus faciendum contulerunt talentorum auri milia 7, argentum, lapides pretiosos et immensam vim aeris. Davidus cum populum, felicia ei omnia prius comprecatus, dimisisset, rursus ita filium suum compellavit “proinde, o Solomon, deum maiorum tuorum agnosce, eumque toto corde atque animo volente cole. omnia enim corda scrutatur deus, omnesque cogitationes videt. si quaeras eum, invenies: si derelinquas, prorsus destituet te.” dedit autem Davidus Solomoni filio suo exemplar totius templi et Cherubimorum qui passis alis arcam foederis divini obumbrant. quae omnia manu dei depicta Davidus filio praebens, hortatus est ut praesidio dei, quem pater coluisset, fretus, virum se praeberet ac fortiter rem gereret.

His actis Davidus grandis natu, pietate opibus et gloria insignis, finem huius vitae fecit, satur annorum, septuagenarius. ita enim habet sacra scriptura “mortuo Saulo Iudaei Chebronem venerunt, ac Davidum

δρες τῆς Ἰουδαίας ἐν Χεβρών, καὶ χρίουσι αὐτὸν εἰς βασιλεία C
 ἐπὶ πάντα Ἰσραὴλ. τριάκοντα ἐτῶν Δαβὶδ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐ-
 τόν. καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα.” ἀλλὰ τῆς μὲν βασι-
 5 λικῆς χρίσεως διὰ Σαμουὴλ ἠξιώθη, τὰς δὲ γε τοῦ λαοῦ ἀναγο-
 5 ρεύσεις ἢ ἱστορία κρίσεις ἀδιαφόρως ὠνόμασε. τελευτήσας τοί-
 5 πην ἐτάφη ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ εἰς τὸ μέγιστον μνῆμα, ὃ
 ᾠκοδόμησεν ὁ σοφώτατος υἱὸς αὐτοῦ Σολομῶν παρὰ τὴν Σιλωάμ.
 βασιλεῖν δὲ ὁ Δαβὶδ ἐπὶ μὲν ἔτη περιόντος τοῦ Σαούλ, μετὰ δὲ
 τὴν τελευτὴν τούτου λγ'. προεφῆτεσε δὲ αὐτὸς τε Δαβὶδ καὶ
 10 Γαδ καὶ Νάθαν καὶ Ἀσάφ καὶ Ἰδιθούμ. ἱστρατηλάται δὲ αὐτῷ
 Ἰωάβ, ὃς ἠρίθμησε τὸν λαόν, καὶ ἐρέθη χίλια ἑκατὸν χιλιά- D
 5 δες, τοῦ δὲ Ἰούδα τὸ χιλιάδες. τὸν δὲ Λεβὶ καὶ τὸν Βενιαμὴν
 οὐκ ἠρίθμησαν. πεπτῶκυσί δὲ κατ' ὄργην Θεοῦ ἐκ τοῦ λαοῦ ἐν
 τρισὶν ὥραις χιλιάδες σ'.

15 Σημειωτέον ὡς ἡνίκου τις ἀπόκειται τοῖς ἀνομοῦσι καὶ κατα-
 φρονοῦσι ἐξαισία πληγῇ καὶ ὄργῃ παρὰ τῶ δικαίοις τὰ πάντα
 διαθετοῦντι ζυγοῖς, συγχωρεῖται τις ἐνεργεθῆναι πονηροπραξία
 τοῖς τοῦ λαοῦ ἠγνομένοις, ὡς ἂν μὴ ἀλόγως μηδὲ ὡς ἐξ αὐτομά-
 20 του ἀλλ' ἐκ δικαίας κρίσεως ἐπάγεσθαι πιστεύοιτο τὰ κακά. οὐ
 20 δεῖ δὲ οἰεσθαι ὡς διὰ μόνην τῶν ἀρχόντων τὴν ἀπροσεξίαν ἐξαι-
 σιοι θάνατοι καὶ συμφορῶν ὑπερβολαὶ τοῖς λαοῖς καὶ κοιναὶ τοῖς P 91
 ὄχλοις ἐπισυμβαίνουσι πανωλεθρίαί, πάντες δὲ τῷ νόμῳ ἢ τῷ
 φροσῶ ἢ τῷ γραπτῷ ἢ καὶ ἀμφοῖν ὑπόδικοι καθιστάμενοι τοῖς
 ἄξις κατὰ καιρὸν τυγχάνουσιν ἐπιτιμίοις. φερόμενα δὲ τὸ τὰ

anno suae aetatis trigesimo totius Israelici populi regem unctione inau-
 guraverunt. gessit deinceps regnum annos 40.” et vero regno unctione
 inauguratus fuerat Davidus a Samuele: quod autem populus eum regem
 declaravit, id scriptura promiscua vocabuli usurpatione unctionem no-
 minavit. sepultus est Ierusalem in maximo sepulchro, quod exstru-
 xerat sapientissimus filius Solomon ad Siloam. regnavit Davidus an-
 nos Saulo superstite 7, ab eius exitu annos 33. vaticinatus est et ipse,
 et eodem tempore Gadus Nathanus Asaphus atque Idithumus. exer-
 citum regis duxit Ioabus; qui cum populum censuisset, Israelicorum in-
 venta sunt 1000 milia, Iudaeae tribus 470 milia, Levis et Beniamini
 census actus non est: et quidem irato deo, trium horarum spatio mortua
 sunt hominum 70 milia de populo.

Notandum est, cum peccatores et contemptores dei gravis aliqua et
 insolens manet calamitas, quam omnia aequa dispensans lance deus im-
 missurus est, tum populi principibus hoc permitti uti aliquod malum fac-
 cinus perpetrent. id eo fit, ne temere aut fortuito, sed iusto iudicio
 mala infligi putentur. neque existimandum est propter sola principum
 delicta pestes, ingentes calamitates communesque populi interneciones
 accidere. imo autem omnes legis aut naturalis aut scriptae violatae rei
 suo tempore dignis afficiuntur suppliciis. ac sacra scriptura, cum ob

καθ' ἕκαστα τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα διὰ τὸ ἄπειρον ἀπα-
 ριθμῆν ἢ γραφῇ τὸ τοῦ βασιλέως ἀνόμημα ὡς αἴτιον τιμωρίας
 γενόμενον τοῖς βασιλευομένοις ὑφηγεῖται, ὅσον δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Δα-
 βιδ ἡγενοῦς ὤπται. ἀπέκειτο μὲν γὰρ ὀργὴ κυρίου κατὰ Ἰσραὴλ
 διὰ τὰς πολυτρόπους αὐτῶν ἀπειθήσεις δηλαδὴ, ἐπέσεισε δὲ πνεῦμα 5
 τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν Ἰσραὴλ. καὶ τούτου γενομένου παρέστη
B αὐτῷ πρωτὶ Γαδ ὁ προφήτης θεόθεν ἀποσταλῆς καὶ τρία ἐκλέξα-
 σθαι αὐτῷ παρεγγυῶν, ἢ τρία ἔτη λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν σου, ἢ τρεῖς
 μῆνας διακόμενον φεύγειν ἐκ προσώπου τῶν ἐχθρῶν σου, ἢ τρεῖς
 ἡμέρας θάνατον γενέσθαι ἐν τῇ γῆ σου. ὁ δὲ “στεναγμοὶ πάντο- 10
 θεν· πλὴν ἐμπεσοῦμαι δὴ εἰς τὰς χεῖρας τοῦ κυρίου, ὅτι πολλοὶ
 οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ, εἰς δὲ χεῖρας ἀνθρώπων μὴ ἐμπέσοιμι, ὅτι
 ἀνελεήμονες.” καὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ τὸν θάνατον. ἦσαν δὲ ἡμέραι
 θερῶν πυρῶν, καὶ ἔδωκε κύριος θάνατον ἀπὸ πρωτῆθεν ἕως
 ἀριστον, καὶ ἀπέθανον ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν. ἦν δὲ ὁ 15
 ἄγγελος τοῦ θεοῦ ἐστηκὼς παρὰ τὴν ἄλωνα Ὀρνῶ τοῦ Γεβου-
 σαίου. Δαβὶδ δὲ ἔβρα “ἰδοὺ ἐγὼ ἠδίκησα· γενέσθω ἡ χεὶρ σου
C ἐν ἐμοὶ καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου.” καὶ παρακληθεῖς ὁ
 κύριος συνέσχε τὴν θραῦσιν τὴν κατὰ Ἰσραὴλ.

“Ὅτι πρεσβύτερος γενόμενος ὁ Δαβὶδ τοῖς ἱματίοις οὐκ ἐθερ- 20
 μαίνετο, καὶ ἤνεγκαν νεάνιδα παρθένον Ἀβισὰκ τὴν Σωμανίτην,
 καὶ ἦν αὐτὸν περιθάλλουσα ἐπὶ τῆς κοίτης, καὶ ὁ βασιλεὺς οὐκ
 ἔγνω αὐτήν. Ἀδωνίας δὲ υἱὸς Δαβὶδ ἐπιχωρόμενος ἐκράτει τῆς
 βασιλείας. καὶ εἰσῆλθεν Βηρσαβεὲ πρὸς Δαβὶδ, καὶ προσκυνή-

Infinitatem peccatorum quae a singulis hominibus committuntur, ab eo-
 rum enumeratione absteineat, regis delictum tanquam poenae causam sub-
 ditis commemorat. cuius rei exemplum historia Davidica suggerit. ni-
 mirum enim ira dei malum Israelico populo parabat propter multiplices
 legis violationes, spiritus autem Davidum ad recensionem populi impulit,
 qua peracta mane Gadus a deo missus vates eum convenit, optionem-
 que vel triennis penuriae per regnum vel trimestris fugae insequentibus
 hostibus vel triduanae per regnum pestis liberam proposuit. Davi-
 dus circumseptum se miseriis fassus, in dei multipliciter misericordis
 quam in hominum crudelium manus se incidere malle dixit, sibi que mor-
 tem delegit. metebatur tum triticum; et divinitus immissa peste a di-
 luculo usque ad prandii horam interierunt 70 hominum milia. stabat
 angelus dei ad aream Ornae Iebusaei. Davidus autem vociferabatur
 “ecce ego sum qui peccavi, in me et patris mei familiam manus tua
 saeviat.” tum placatus deus, cladi Israelicae finem statuit.

Magno iam natu Davidum vestes non amplius calefaciebant. itaque
 adducta est ad eum puella virgo Abisaca Sumanitis, quae eum in lecto
 concalefaceret: neque tamen eam rex cognovit. ceterum Adonias filius
 Davidi sese extulit regnumque occupavit. itaque Bersabea ad Davidum

σσαι εἶπε "κίριε βασιλεῦ, ὤμοσάς μοι ἐν κυρίῳ θεῷ σου διτι Σολομῶν ὁ υἱός μου βασιλεύσει μετ' ἐμέ. και ἰδοὺ νῦν Ἀδωνίας βασιλευσε, και σὺ οὐκ ἔγνωσ." ταῦτα ἀκούσας Δαβιδ, ἀθροίσας τοὺς προφῆτας και ἱερεῖς, χρεῖ Σολομῶντα και καθίζει ἐπὶ 15 τοῦ θρόνου αὐτοῦ. ὠκοδόμησε δὲ Δαβιδ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας Ἱερουσαλήμ τὴν Σιών, σκητὴν ἐν αὐτῇ τῷ θεῷ πηξάμενος, ἐν ἣ τὴν κιβωτὸν ἀπέθετο. ἐπὶ τούτου παρ' Ἑλλησιν Ὀμηρος και Ἡσίοδος ἐγνωρίζοντο.

Τῷ δὲ δυν' ἔτι Σολομῶν βασιλευσε δωδεκαετῆς ὢν, και 10 κρατεῖ ἔτη μ'. εἶχε δὲ γυναῖκας Ἱσραηλιτιδας και ἐθνικὰς ἐπαποσίας και παλλακὰς τριακοσίας. ἓνα δὲ μόνον ἄρρενα υἷον ἔσχε τὸν Ροβοάμ, και τοῦτον ἐξ ἀλλοτρίτης Ναάβας τῆς Ἀμανιτιδος, ἀνύσιον τῆς ἀρχῆς. αὐτὸς τὸν Ἱερουσαλήμ ναὸν ὠκοδόμησεν, P 92 ἔνθα Δαβιδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν Σιών ἐπήξατο, ἀρξάμενος ἀπὸ 15 τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς αὐτοῦ βασιλείας. ἐν ἔτεσιν οὖν ἐπὶ τελειῶι αὐτόν. εἰσιν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως εἰκοστοῦ χρόνου τῆς ζωῆς Σολομῶντος ἔτη 891. οὗτος ὁ Σολομῶν δεύτερος υἱὸς τοῦ Δαβιδ ἐκ τῆς Βηρσαβεῖ γέγονεν· ὁ γὰρ πρῶτος, ὁ ἀπὸ μοιχείας, τέθνηκε. και γὰρ ἀρρωστοῦντος αὐτοῦ ἐκακοπάθει Δαβιδ ἐν ἀγρυπνίᾳ, και 20 σάκκῳ και σποδῷ προσευχόμενος τῷ θεῷ ἐπὶ τῷ ζῆσαι τὸ παιδίον. και ῥῆμα ἐξέθετο ὡς εἴ τις εἶπη ὅτι ἐτελεύτησεν, εὐθὺς ἀποθανῆται αὐτός. τεθνηκότος δὲ τοῦ παιδὸς εἰσῆλθον πρὸς Δαβιδ οἱ B

intravit, eique supplex ita dixit "deum dominum tuum, o rex, iurasti, in regno tibi Solomonem filium meum successurum. atqui ecce tibi, nunc Adonias te ignorante regnum occcepit." his auditis Davidus, convocatis vatibus ac sacerdotibus Solomonem inungit, itaque regno inauguratum in solio suo collocat. dum esset in vivis Davidus, Sionem, quae est arx Hierosolymorum, aedificavit, inque ea tabernaculum deo aedit, atque in hoc arcam reposuit. Davidi aetate apud Graecos Homerus et Hesiodus innotuerunt.

Anno a mundo condito 4470, Solomon annum agens aetatis duodecimam, regnum iniit; idque per annos 40 tenuit. habuit uxores Israelicas atque alienigenas numero 700, pellices 300, unum tantum filium Roboamum, regno indignum, et hunc quoque ex alienigena uxore, Naaba nimirum Amanitide. is Solomon templum Hierosolymis aedificavit, quo loco pater eius Sionem metatus fuerat. orsus est structuram anno regni sui altero, absolvit septem annis. ab Adamo usque ad vigesimum annum aetatis Solomonis anni habentur 4510. fuit is Solomon secundus Davidi ex Bersabea filius: primus enim, quem ex adulterio conceperat, mortuus est. eo aegrotante Davidus vigilis sese afflictavit, saccum indutus et cinere sparsus, deumque pro vita infantis deprecans. quin et praesentem mortem ei denuntiaverat, quicumque de infantis obitu rettulisset. mortuo infante accesserunt regem familiares



πνήθεις στυγνοὶ καὶ κατηφεῖς. ὁ δὲ γνοὺς ἀπὸ τοῦ σχήματος εἶπε "τέθνηκε τὸ παιδίον." οἱ δὲ εἶπον "σὺ εἶπας." καὶ εὐθὺς κατελθὼν ἐλούσατο καὶ ἡμφιάσατο καὶ ἠὲ χαρίστησε τῷ θεῷ καὶ μετέλαβε τροφῆς. ἐρωτώμενος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἐναλλαγῆς εἶπεν ὅτι ἀσθενοῦντος αὐτοῦ ἐδυσώπει τὸν θεὸν ἀναστῆναι τὸν παῖδα· 5 ἐπεὶ δὲ τετελεύτηκε, τίς ἢ χρεῖα κοποῦσθαι με; μὴ δυνηθῶ ἀναστρέψαι τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου ἐν αὐτῷ;

"Οὗτο ἔδωκε κύριος τῷ Σολομῶντι φρόνησιν καὶ σοφίαν πολλὴν σφόδρα καὶ πλάτος καρδίας, ὡσεὶ ἕμιμος ἢ παρὰ τὴν θάλασσαν. 10 καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτῷ ἡ φρόνησις ὑπὲρ πάντας ἀρχαίους καὶ ὑπὲρ πάντας φρονίμους Αἰγύπτου. ἔρχονται πρὸς αὐτὸν γυναῖκες δύο δικασθῆναι, καὶ εἶπεν ἡ μία "ἐγὼ καὶ ἡ γυνὴ αὐτῆ οἰκοῦμεν ἐν οἴκῳ ἐνί. καὶ ἐγὼ μὲν ἔτεκον, καὶ μετὰ τρίτην αὐτῆ ταύτης τὸ παιδίον τέθνηκεν, ἐπεὶ τὴν νύκτα ἐπεκομήθη αὐτῷ. καὶ ἰδοὺ ἀναστῶσα ἔλαβε τὸ ἐμὸν παιδίον ἐκ τῆς ἀγκάλῃς μου 15 ὑπνούσης, καὶ τέθεικε τὸ ἐαυτῆς τεθνηκός· ἐμοῦ δὲ τὸ πρῶτ' ἀναστάσης θηλάσαι αὐτό, ἐρέθη τὸ τεθνηκός. καὶ καταμαθοῦσα εἶδον ὡς οὐκ ἔστι τὸ παιδίον μου." καὶ εἶπεν ἡ ἑτέρα "οὐχί, 20 ἀλλὰ σὺν ἔστι τὸ τεθνηκός, ἐμὸν δὲ τὸ ζῶν." καὶ εἶπε Σολομῶν "διχοτομήσατε ἀμφοτέρα τὰ βρέφη, καὶ δότε ἀμφοτέραις 25 ταῖς γυναῖξιν ἀπὸ τῶν δύο παιδίων." καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ μήτηρ τοῦ ζῶντος "μή, κύριε, ἀλλὰ δότε αὐτῇ τὸ παιδίον τὸ ζῶν, καὶ μὴ ἀποθάνῃ." ἡ δὲ ἑτέρα εἶπε "μήτε αὐτῇ μήτε ἐμοὶ ἔστω·

tristi vultu. unde rex quid factum esset colligens "mortuus est" inquit "puer." responderunt "tu hoc dixisti." at rex statim surgere, lavare corpus, vestire, deo gratias agere, cibum sumere. interrogatus causam huius mutationis "dum" inquit "decumbebat infans, a deo precibus salutem eius flagitavi: mortuo eo quorsum attineret me afflictarī, nunquam effecturum ut anima in corpus redeat?"

Solomonem deus prudentia ac sapientia maxima donavit, pectusque tot cognitionibus rerum implevit quot numerum arenae maritimae aequarent. itaque sapientia et priscos omnes superavit et universis Aegypti sapientibus antecelluit. veniunt ad eum duae mulieres disceptandae litis causa. prior refert se, cum in una ambae domo degerent, peperisse, atque alteram item triduo post. eius infantem, cum per noctem cum matre sua cubasset, extinctum fuisse; atque eam surrexisse, sibi que dormienti suum infantem surripuisse ex ulnis, inque locam eius mortuum supposuisse. se, cum mane ad lactandum suum surrexisset, mortuum infantem offendisse, ac re explorata deprehendisse eum suum non esse. cum altera hoc negaret, non suum sed illius infantem mortem obiisse contendens, Solomon utrumque medium secari infantem iussit, ac de utroque portionem ambabus dari. ibi mater infantis regem precata est ne hoc ageretur, potiusque concederetur alteri mulieri vivus infans, ut ne periret, altera divisionem istam probante, ut neque sibi

δαίτε αὐτό." καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς "ὄστε τὸ παιδίον τὸ ζῶν τῇ μὴ θελησῶσῃ γυναικὶ ἀποθανεῖν αὐτό, ὅτι αὐτῆς ἐστὶ τέκνον."

"Ὅτι ἐλάλησε Σολομῶν περὶ τῶν ξύλων τῶν ἀπὸ τῆς κέδρου 5 τοῦ Λιβάνου καὶ ἕως τῆς ὑσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τέλους, καὶ περὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἐρπετῶν καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, καθὼς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ. ἀλλὰ καὶ ἐπωδὰς καὶ ἔξουρισμοὺς κατὰ δαι- P 93 μόνων ἐπενόησεν, αἷς χρώμενοι τινες Ἰουδαῖοι τούτους ἐξήλων- 10 νον· δακτύλιον γὰρ ἔχοντά τινα σφραγιδα καὶ ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομῶν, ἐν ῥήνῃ ὑποθέντες ὁσφρανεσθαι τὸν πάσχοντα παρεσκευάζον, ὧν τῇ δυνάμει εὐθὺς τὸ δαιμόνιον ἐξέλκεσθαι. σημεῖον δὲ τούτου ἦν ποτήριον μεστὸν ὕδατος ἢ ἑτερόν τι ἀγγεῖον, ὃ πάντως συνέτριβε φεῦγον τὸ δαιμόνιον.

15 Μετὰ γοῶν τὸ συντελεῖσαι τὸν οἶκον κυρίου Σολομῶν ἐνεκαίνισεν αὐτόν, θύσας μόσχους χιλιάδας κβ' καὶ πρόβατα χιλιάδας ρκ', καὶ ἐποίησε μεγάλην ἐορτὴν ἡμέρας ἑπτά. τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ εὐλογήσας τὸν λαὸν ἐξαπέστειλε. καὶ μετὰ τὸ προσεύξα- B σθαι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ ᾤφθη αὐτῷ ὁ κύριος λέ- 20 γων "ἤκουσα τῆς φωνῆς τῆς προσευχῆς σου, καὶ ἠγάπησα τὸν οἶκον τοῦτον ὃν ᾠκοδόμησας, τοῦ θέσθαι τὸ ὄνομά μου ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἔσονται οἱ ὀφθαλμοί μου ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία μου πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ σὺ ἐὰν πορευθῆς ἐνώπιόν μου καθὼς ἐπορεύθη Δαβὶδ ὁ πατήρ σου ἐν ὁσιότητι καὶ εὐθύτητι καρδίας, τοῦ

neque alteri vivus infans obtingeret. pronuntiat ergo Solomon vivum infantem ei esse mulieri dandum, quae eum mori noluisse: hanc enim esse eius matrem.

Disseruit Solomon de stirpibus a cedro Libani usque ad hyssopum ex muro enascentem; item de pecudibus, iisque quae humi repunt, de volacribus et piscibus, vires eorum atque actiones explicans, uti Iosephus refert. incantationes quoque et excantationes daemonum invenit, quibus quidam Iudaei utentes daemones exigebant. naribus eius qui a daemone obsidebatur annulum quendam, in cuius pala radix erat a Solomone ad hos usus demonstrata, adhibebant, ut olfaceret: eius vi statim daemon expellebatur. argumento erat poculum aut aliud vas aqua plenum, quod fugiendo daemon comminabat.

Solomon templum dei cum absolvisset, dedicavit, mactatis ad sacrificia vitulorum 22 milibus, ovium milibus 120. diesque festos septem splendide egit: octavo populum fausta comprecatus dimisit. post peractas pro templo et populo deprecationes, deus ei apparuit, itaque est factus (2 Reg. 9) "exaudivi vocem tuae precatationis, templumque, quod extraxisti, consecravi, ut in eo nomen meum colloce in sempiternum; ibique perpetuo erunt oculi mei et cor meum. tu quoque, si ad exemplam patris tui Davidi te in conspectu meo geras sancte et sincero

ποιεῖν κατὰ πάντα ἃ ἐνετειλάμην αὐτῷ, καὶ τὰ προστάγματά μου καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάξεις, ἀναστήσω τὸν θρόνον τῆς βασιλείας σου ἐπὶ Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα, καθὼς ἐλάλησα τῷ πατρὶ σου λέγων· οὐκ ἔξαρθήσεται ἀνὴρ ἡγούμενος ἐν Ἰσραὴλ. ἔὰν δὲ
C ἀποστραφέντες ἀποστραφῆτε ὑμεῖς καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἀπ' ἐμοῦ, 5
καὶ μὴ φυλάξῃτε τὰς ἐντολάς μου, καὶ πορευθῆτε καὶ δουλεύσητε θεοῖς ἑτέροις καὶ προσκυνήσητε αὐτοῖς, ἔξαρώ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς ἔδωκα αὐτῷ, καὶ τὸν οἶκον τοῦτον ὃν ἤγλασα τῷ ὀνόματί μου ἀπορρίψω ἐκ προσώπου μου· καὶ ἔσται Ἰσραὴλ εἰς ἀφανισμόν καὶ εἰς λάλημα εἰς τὰ ἔθνη πάντα. καὶ ὁ οἶκος οὗτος 10
ὁ ὑψηλὸς καὶ μέγας, ἔσται πᾶς ὁ διαπορευόμενος δι' αὐτοῦ καὶ συριεῖ. καὶ ἔροῦσιν, ἀνθ' ὧν ἐγκατέλιπον κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν καὶ ἀντελάβοντο θεὸν ἄλλότριον, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε κύριος τὴν κακίαν ταύτην.”

Τὴν δὲ πόλιν μεγίστην καὶ περικαλλῆ καταρτίσους, καὶ τὸ 15
περίμετρον αὐτῆς ποιήσους στάδια τεσσαράκοντα, γινόμενα μίλια
D ἕξ ἡμισυ, δυσάλωτον πάντοθεν ταύτην κατεσκεύασε. περικλεί-
σους γὰρ αὐτὴν τρισὶ τέχεσι καὶ φάραξιν ἀπερρωγυλαῖς, κατάρ-
ρυτον ὕδασιν ὄλην ἐποίησεν, ὥστε ἐκ τῆς ἀπορροίας τοὺς κήπους
αὐτῶν ἀρδεύεσθαι. σὸν τοῦτοις ἐποίησε θυρεοὺς χρυσοῦς ἑλατοῦς 20
ἄκταχοσίλους μεγάλους καὶ δόρατα τριακόσια καὶ ἕτερα ὄπλα χρυσοῦ
πλεῖστα. καὶ μέντοι καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ καὶ οἱ λουτήρες χρυσοῦ
πάντα ὑπῆρχον, καὶ οὐκ ἦν ἀργύριον λογιζόμενον ἐν ταῖς ἡμέραις
αὐτοῦ. ὅτι καὶς αὐτοῦ ἐπορεύετο εἰς Θαρσεῖς καὶ διὰ χρόνων

corde, atque omnia praecepta mandata et iussa mea obeas, solum regni tui in Israelicos confirmabo, ut sit perpetuum, quomodo patri tuo dixi nunquam defore qui Israelicum regnum gerat. sin autem vos et vestri posterii a me vos protinus avertetis, meisque praeceptis posthabitis alienos deos sequemini atque coletis, excindam Israelicum populum de terra quam ei dedi, aedemque hanc quam nomini meo consecravi, a facie mea proiciam. atque Israelus quidem peribit, ludibrioque erit et fabula omnibus nationibus: aedes autem haec sublimis et magna ab omnibus qui praeteribunt subsannabitur. itaque dicent mortales: quia dominum deum suum deseruerunt Israelici et alienos deos adsciverunt sibi, ideo dominus hanc calamitatem ipsis intulit.”

Porro urbem Solomon maximam pulcherrimamque fecit, ita ut ambitus eius esset stadiorum 40, quae conficiunt miliaria 6 s, reddiditque eam prorsus inexpugnabilem. nam et tribus muris eam cinxit et fossis abruptis, totamque aquis perflui fecit, quarum decursu horti rigentur. ad haec scuta ex auro ductili magna 800 fecit, hastas 300, aliamque armaturam auream plurimam: quin et vasa ipsius et lavacra omnia aurea erant, neque ipsius aetate in pretio aliquo argentum habebatur. navem quoque habebat, quae Tarses petebat, ac triennio quoque re-

τριῶν ἤρχετο, φέρουσα χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον καὶ λίθους
 τορευτοὺς καὶ ὀδόντας ἐλεφάντων καὶ πιθήκους. καὶ ἔδωκε Σου- P 94
 λομῶν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐν Ἱερουσαλὴμ ὡς λίθους,
 καὶ τὰς κέδρους ὡς συκαμίνους εἰς πληθός. τὸ δὲ γε ἄριστον
 5 αὐτοῦ ἦν καθ' ἡμέραν κόρραι σεμιδάλεως λ' (ὃ δὲ κόρρος ἐπείκει
 μῦθια λ') καὶ κόρροι ἀλεύρου κικοπανισμένου ζ', μύσχοι ἐκλεκτοὶ
 δέκα, βύες νομάδες ἑκτὼ καὶ πρόβατα ἑκατόν, ἐκτὸς ἐλάφων καὶ
 ὀρνίθων ἐκλεκτῶν καὶ σιτευτῶν. περὶ δὲ γε τῆς πολλῆς φρονή-
 10 σεως αὐτοῦ καὶ σοφίας, ἧς εἴληφε παρὰ Θεοῦ τοῦ θεφθέντος αὐτῷ
 15 θίς, ἄκουσον τί πάλιν ὁ Θεὸς φησι πρὸς αὐτόν "ἰδοὺ, δέδωκά σοι
 καρδίαν φρονίμην καὶ σοφίην· ὡς σὺ, οὐ γέγονεν ἔμπροσθέν σου,
 καὶ μετὰ σε οὐκ ἀναστήσεται ὁμοίός σοι. καὶ πλεῖστον καὶ δόξαν B
 καὶ χρήματα δώσω σοι." καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἡ γραφὴ ἐπάγει
 λέγουσα "ἔδωκε κύριος φρόνησιν τῷ Σολομῶντι, καὶ σοφίαν πολ-
 20 λὴν σφόδρα, καὶ χέμα καρδίας ὡς ἡ ἄμμος ἢ παρὰ τὴν θάλασ-
 σαν." εἰκότως οὖν ἐκ παραλλήλου καὶ τῶν πάλαι γεγενημένων
 ἁρίστων σοφῶν ἐμνήσθη, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους προστέθεικεν ὡς
 δοκοῦντας παρὰ πᾶσιν εἶναι σοφοὺς τε καὶ φρονίμους. καὶ γὰρ
 ὡς Ἕλληνες ἰστοροῦσι, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος καὶ Πυθαγόρας
 25 ὁ Σάμιος καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος
 πρὸς τοῦτους ἐξεδήμησαν, θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν ἀκριβεστέρ-
 ρην μαθήσεσθαι παρ' αὐτῶν ἐλπίσαντες. καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ
 Μωυσείως διεξιῶν ὁ Θεῖος λόγος ἔφη ὅτι ἐπαιδευθὴ ἐν πάσῃ σοφίᾳ C

versa multum auri argentique apportabat, et lapides tornatos, ebur ac
 simias. reposuit autem Solomon Ierusalem aures et argentum in
 tanta multitudine quanta solet esse lapidum, cedrosque ea copia quae
 est sycaminorum. quotidie in prandium eius insumebantur similiae
 cori 30 (corus 30 modios continet), farinae cribratae cori 60, vituli
 electi 10, boves qui in pascuis aluntur 8, oves 100, praeter cervos at-
 que aves electas et altiles. de ingenti autem ipsius sapientia, quam a
 deo bis ipsi viso accepit, audi quid rursus ad ipsum dominus dicat.
 "ecce dedi tibi cor prudens ac sapiens: tui similis neque ante te fuit
 neque erit post te. divitias quoque gloriam et opes tibi dabo." idque
 declarans scriptura sic infert (3 Reg. 3. 4) "dedit dominus Solomoni in-
 telligentiam sapientiamque summam, corque tot rerum peritia instru-
 ctum quantus est arenae in litore maris numerus." consentaneum itaque
 est, quod comparatur atque praefertur et iis qui apud priscos fuerant
 sapientes habitus ac praestantissimi, et ipsis Aegyptiis, qui apud omnes
 nomen sapientum habent. nam sicuti Graeci narrant, Pherecydes Sy-
 rius, Pythagoras Samius, Anaxagoras Clazomenius Platoque Atheniensis
 ad Aegyptios profecti sunt spe rerum divinarum ac naturae cognitionem
 ex ipsis accuratius discendi. et quidem de Mose sacrae literae tes-
 tatur, fuisse eum institutum omnibus Aegyptiorum scientiis. horum

Αἰγυπτίων. τούτους, φησίν, ἅπαντας ὁ Σολομῶν ἀπέκρινεν ἕτε θεόθεν τῆς σοφίας τὸ δῶρον δεξιόμενος. ὅθεν ἐπήγαγε "καὶ ἔσοφίσαιτο ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἐλάλησε τρισχιλίας παραβολάς, καὶ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχιλῖαι, καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων τῶν ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ καὶ ἕως τῆς 5 ὑσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου, καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν ἐρπετῶν καὶ τῶν πετεινῶν καὶ περὶ τῶν ἰχθύων."
 ἀφ' ὧν οἱ τῶν Ἑλλήνων ἱατροσοφισταὶ σφετερισάμενοι καὶ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες τὰς οικείας συνεισήσαντο τέχνας. ταύτας ἀφανεῖς ἐποίησεν Ἐζεκιῆς ὁ βασιλεύς, ἐπειδὴ τὰς θεραπείας τῶν 10
 D νοσημάτων ἐνθεν κομιζόμενος ὁ λαὸς περιώρα τὰς ἰάσεις αἰτεῖν παρὰ θεοῦ. καὶ ἐμεγαλύνθη Σολομῶν ὑπὲρ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς πλοῦτι καὶ φρονήσει· καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς ἐζήτουν ἰδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ παρεγίνοντο φέροντες ἕκαστος κατ' ἐνιαυτὸν τὰ δῶρα αὐτῶν, 15 σκευὴ χρυσᾶ καὶ ἱματισμὸν καὶ ἡδύσματα καὶ ἵππους καὶ ἡμιόβους. καὶ ἦσαν αὐτοῦ χίλια τετρακόσια ἄρματα, καὶ ἵπποι θήλειαι τοκάδες χιλιάδες τεσσαράκοντα, καὶ ἵπποι εἰς ἄρματα χιλιάδες δώδεκα. καὶ ἦν ἡγούμενος τῶν βασιλέων πάντων ἀπὸ τοῦ
 P 95 ποταμοῦ Εὐφράτου ἕως γῆς ἄλλοφύλων καὶ ἕως τῶν ὀρίων Αἰ-20 γύπτου.

Καὶ βασίλισσα Σαβᾶ, ἥτις ἐλέγετο Σίβυλλα παρ' Ἑλλησιν, ἀκούσασα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ πειράσαι αὐτὸν ἐν ἀνίγμاتي, καὶ κάμηλοι αἴρουνται ἡδύσματα πολλὰ καὶ ἔξαιρετα

ergo omnium, inquit scriptura, luminibus offecit Solomon utpote divinitus sapientia donatus. itaque additur "et sapientia antecellebat omnes homines. dixit tria milia parabolarum, carmina composuit 600. disse-ruit de arboribus a cedro Libani, usque ad hyssopum qui de pariete enascitur. locutus est de pecudibus, de repentibus, de volucris, de piscibus." ex scriptis eius Graeci qui Iatrosophistae vocantur, rei medicae scriptores, materiam et argumenta suffirati artes suas conscripserunt. libros Solomonis rex Ezechias de medio sustulit, cum morborum remedia ex his populus petens a deo sanationem flagitare negligeret. Solomon magnitudine divitiarum ac sapientiae supra omnes reges terrae elatus fuit; omnesque reges faciem eius videre ac vocem audire cupiebant; veniebantque ferentes singuli quotannis munera sua, vasa aurea vestem aromata equos mulas. habebat currus 1400, equas fecundas 40000, equorum ad currus 12000. praeerat autem omnibus regibus a fluvio Euphrate usque ad terram barbarorum et fines Aegypti.

Ac regina Sabae, quae a Graecis Sibylla dicta fuit, audita eius fama Hierosolyma advenit, ut proposita quaestione de sapientia eius periculum faceret. multa camelis aromata portabant ac eximia, mul-

καὶ χρυσὸν πολλὸν καὶ λίθους τιμίους, καὶ ἐν δυνάμει βαραῖα σφόδρα. καὶ εἰσελθοῦσα πρὸς αὐτόν, καὶ λαλήσασα αὐτῷ πάντα ὅσα ἦν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ πάντα διέλωσεν αὐτῇ ἐν συντάξει λόγων καὶ ἐριμηναίᾳ λεπιοτάτῃ. ἣ δὲ προσέθετο τοῦ πειράσαι βασιλῆα καὶ ἐν τούτῳ. εὐόπτους γὰρ παῖδας ἄρρενάς τε καὶ θηλείας ὁμοιοτρόπῳ στολῇ καὶ κορυβῆ τῇ αὐτῇ περικαλλωπίσασα **B** παρέστησεν αὐτῷ, ζητοῦσα ἑκατέρου γένους διάκρισιν ποιήσασθαι· ἦν γὰρ καὶ αὐτῇ ἡ Σίβυλλα πάνυ ἐπ' ἀγχινοῖα τε καὶ σοφία καὶ πολυπειρία διαβόητος. ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς νήψασθαι τούτοις προσέ-
10 ταξε τὸ πρόσωπον, τὴν γύναιον ἑκατέρων διέγνωνκε, τῶν μὲν ἀρρέτων ἐντόνως καὶ ἀνδρικῶς τὰς ὕψεις καταψυχόντων, τῶν δὲ θηλειῶν ὑπαλῶς καὶ ἀπειρημένως. ὡς τὴν βασίλισσαν καταπλαγῆσαν πάνυ ἔκ τε τῶν αὐτοῦ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ ἐξ ἑαυτῆς γενομένων εἰπεῖν “ἀληθῆς ὁ λόγος ὃν ἤκουσα ἐν τῇ γῆ μου, καὶ
15 οὐκ ἔστι τὸ ἥμισυ καθὼς ἀπηγγέλη μοι· πλεονα γὰρ ἑώρακα ὑπὲρ **C** ἃ ἤκουσα. μακάριαί γοῦν αἱ γυναῖκες καὶ οἱ παῖδες σου, οἱ παρεστηκότες οὗτοι ἐνώπιόν σου καὶ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς φρονήσεώς σου.” καὶ δοῦσα αὐτῷ χρυσίου τέλαντα ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἡδύσματα πολλὰ καὶ λίθους τιμίους καὶ δῆ καὶ τὴν τοῦ ὀπο-
20 βαλοῦμον ῥίζαν, ἀφ' οὔ ἡ Παλαιστίνη τοῦτο γεώργιον ἔσχεν, ὡς φησὶν Ἰώσηπος, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν γῆν αὐτῆς ὑπερεκπλητομένη λίαν. περὶ ἧς καὶ ὁ κύριος ἔφη “βασίλισσα νότου ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἰδεῖν τὴν σοφίαν Σολομῶντος.” πρὸς

4 γλυκυτάτη margo P

14 γενομένην?

tumque auri et gemmarum, ac magno admodum cum apparatu accedebat. postquam coram cum Solomone est quae voluit locuta, isque ei omnia sermone composito et elegantissima interpretatione dissolvit, depono eum sic tentavit. formosos pueros et formosas puellas eodem vestitu et ornatu instructos coram eo constituit, petiitque ut inter sexum internosceret: nam et ipsa Sibylla ob ingenii promptitudinem sapientiamque et rerum multarum peritiam magni erat nominis. rex omnes lavare faciem iussit, itaque discrimen sexus deprehendit, cum mares fortiter atque valide facies tergerent, femellae teneriter et timide. itaque regina omnino stupefacta propter ea quae ab ipso et eius familia et a se ipsa erant facta, dixit “verus est sermo quem in terra mea audivi, tametsi mihi ne dimidia quidem pars renuntiata fuit: multo enim plura vidi quam inaudiveram. felices profecto mulieres et pueri qui coram te adstant tuosque sapientes sermones audiunt.” proinde cum Solomonem **120** talentis auri, multis aromatibus atque gemmis, nec non opobalsami radice donasset, unde eam stirpem in Palaestina propagari coeptam Iosephus refert, ingenti admiratione percussa domum rediit. de hac etiam dominus dixit ab extremis terrae finibus austrinam venisse reginam, ut sapientiam Solomonis cerneret. et Sirachus sapien-

D ὃν μέντοι καὶ Σιρὰχ ὁ σοφώτατος ἔλεγε “Σολομῶν, ἰσοφλοῦθης ἐν νεότητι σου, καὶ ἐνεπλήσθης ὡς ποταμὸς συνέσεως. γῆν ἐπεκέλευσεν ἡ σοφία σου, καὶ ἐνέπλησας ἐν παραβολαῖς αἰνιγμάτων. εἰς νήσους πόρρω καὶ μακρὰς χώρας ἀφίκετό σου τὸ μνημόσυνον, καὶ ἠγαπήθης ἐν τῇ εἰρήῃ σου, ἣν κατέπαυσεν ὁ Θεὸς κυκλόθεν. 5 καὶ ὕδαϊς καὶ παροιμίαις καὶ παραβολαῖς ἐθαυμασιώθης. καὶ συνήγαγες ὡς κασσίτερον τὸ χρυσίον, καὶ ὡς μόλιβδον ἐπλήθυνας ἄργυρον. ἀλλὰ παρέκλινας τὰς λαγόνας σου γυναιξί, καὶ ἐνεξουσιώσθης ἐν τῷ σώματι σου, καὶ ἔδωκας μῶμον ἐν τῇ δόξῃ σου, καὶ ἐβεβήλωσας τὸ σπέρμα σου, ἐπαγαγεῖν ὀργὴν ἐπὶ τὰ 10 τέκνα σου.” οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸς δι’ ἐκκεντῶν σαφέστατα

P 96 περὶ τῆς ἰδίας σοφίας καὶ τοῦ πλοῦτου φησὶν “ἐμοὶ δὲ δῶη ὁ Θεὸς κατὰ γνώμην εἰπεῖν καὶ ἐνθυμηθῆναι ἀξίως τῶν λεγομένων, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος καὶ τῆς σοφίας ὁδηγὸς ἐστὶ καὶ τῶν σοφῶν διορθωτής. ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν. αὐτὸς 15 γὰρ μοι δέδωκε τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἀψευδῶς, εἰδέναι σύστημα τοῦ κόσμου καὶ ἐνεργείας στοιχείων, ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων, ἐνιαυτῶν κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις, φάσεις ζῴων καὶ θυμῶν θηρίων, πνευμάτων βίας καὶ διαλογισμοῦ ἀνθρώπων, διαφορὰς φυτῶν καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, ὅσα κέ ἐστι 20 κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνω. ὁ γὰρ πάντων τεχνίτης ἐδίδαξέ με

B σοφίαν. καὶ ἐγὼ ἐκκλησιουστὴς ἐγενόμην βασιλεὺς Ἰερουζαλὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μου τοῦ ἐκζητῆσαι καὶ κα-

tissimus ita eum alloquitur (Eccles. 47) “o Solomon, in iuventute tua sapiens factus es, atque amnis instar scientia impletus. sapientia tua terram texit, eamque parabolis et subtilibus quaestionibus replevistis. longe in insulas et remotas terras tua memoria pervenit; carusque fuisti in quiete tua, divinitus paratis circum te regionibus. carmina tua, dicta et parabolae admirationem tui excitarunt. aurum cupri instar collegisti, ac argentum ea copia ac si plumbum esset. enimvero lumbi tui mulieribus dediti fuerunt, tuoque es abusus corpore. quare gloriae tuae maculam inussisti, tuamque progeniem contaminasti, iratumque proli tuae deum reddidisti.” ac ipse quidem suis verbis apertissime sapientiam divitiasque suas praedicat. “mih” ait “deus largiatur ut recte cogitem atque eloquar quae dicuntur. ipse enim dominus et sapientiae dux est et sapientes dirigit: quippe in manu eius et nos sumus et rationes nostrae. ipse enim mihi veram rerum cognitionem dedit, ut scirem mundi exordium, elementorum actiones, principium, finem et medium temporum, annorum circuitiones, siderum positus, naturas animalium, saevitiam ferarum, vires ventorum, hominum cogitationes, plantarum differentias, radicum facultates. cognovi omnia et occulta et manifesta: nam opifex omnium instruxit me sapientia. ego concionator Hierosolymis, regnum in Israelicos gessi; induxi in animum meum perquirere

τασέψασθαι ἐν τῇ σοφίᾳ περὶ τῶν γενομένων πάντων ὑπὸ τὸν οὐρανόν. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐμεγαλύνθη, καὶ προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν οἱ ἐγένοντο ἔμπροσθέν μου ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ καρδία μου εἶδε πολλά, σοφίαν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔγνω παραβολὰς καὶ ἐπιστήμας, καὶ ἐμεγάλυνα τὰ ποιήματά μου, ὠκοδόμησά μοι οἴκους καὶ ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνας καὶ ἐποίησά μοι κήπους καὶ παραδείσους, καὶ ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ἕζλον πάγκαρπον. ἐποίησά μοι κολυμβήθρας ὑδάτων τοῦ ποτίσαι ἀπ' αὐτῶν δρυμῶνα βλαστόντα ἕζλα. ἐκτησάμην δούλους καὶ παιδίσκας, καὶ οἰκογενεῖς ἐγένοντό **C** 10μοι, καὶ γε κτήσεις βουκόλλου καὶ ποιμνίου ἐγένοντό μοι πολλά, ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθέν μου ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ γε σοφία μου ἐστύθη μοι. καὶ πᾶν ὃ ἂν ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοὶ μου οὐκ ἀφείλον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπεκώλυσα τὴν καρδίαν μου ἀπὸ πάσης εὐφροσύνης." καὶ γὰρ πολλῆς εἰρήνης καὶ πολυολ- 15βίας ἀδείας τε καὶ τρυφῆς ἀπέλαυσεν· ἀλλ' ὕστερον εἰς πικρίαν ἢ σπυτιᾶν καὶ ἢ ἡδονῆν γέγονεν αὐτῷ, καὶ ὑπόθεσις ἀκολασίας. ὁθεν φησὶν "ἐμίσησα σύμπασαν τὴν ζωὴν μου καὶ πάντα τὸν μόχθον μου, ὅτι πάντα ματαιότης. εὗρον γὰρ πικρότερον ὑπὲρ τὸν θάνατον τὴν γυναῖκα, ἣτις ἐστὶ θήρευμα καὶ σιγήνη καρ- **D** 20δίας." ταῦτά τοι φησι "καὶ ὁ βασιλεὺς Σολομῶν ἦν φιλογύ- ναικος, καὶ ἦσαν αὐτῷ ἄρχουσαι ἑπτακόσιοι καὶ παλλακαὶ τρια- κόσιοι. καὶ ἔλαβε γυναικας Μωαβίτιδας καὶ Ἀμανίτιδας, Σύρας καὶ Ἰδομαίτας, Χετταίους καὶ Ἀμορραίους, ἐκ τῶν ἐθνῶν ὧν ἀπέειπε κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ. καὶ ἐγένετο ἐν καιρῷ γήρωσ

de omnibus, ac sapienter pervestigare omnia quae sub caelo fiunt. ecce sapientia auctus sum, eaque superavi omnes qui ante me fuerunt Hierosolymis, animusque meus multarum rerum cognitione fuit et sapientia praeditus, parabolis atque scientiis. magnifice omnia egi, domos mihi extruxi, vineas consevi, hortos et pomaria confeci, inque iis omnis generis frugiferas arbores plantavi. piscinas mihi paravi, unde viridantia nemora rigantur. acquisivi servos et ancillas, et vernae mihi nati sunt, item armenta ac greges copiose, quantum ante me Hierosolymis nemo possedit. sane et sapientia mea constat, neque oculos meos ab ulla re desiderata ipsis abstinui, nullumque genus laetitiae cordi meo non permisi." nam sane ei datum fuit, ut alta pace, summa prosperitate, securitate ac vitae voluptatibus frueretur: verum luxus iste et delicata vita ad extremum acerbitati fuit, ac intemperantiae materies. itaque haec dicit "odio habui totam meam vitam omnesque aerumnas meas: omnia enim vana sunt. expertus enim sum mulierem morte esse amariorē, quia rete est et nassa illaqueando animo." de hac re ita scriptura narrat (1 Reg. 11) "ceterum rex Solomon mulierosus erat. fuerunt ei uxores principes 700, pellices 300. duxit enim uxores Moabitidas Amanitidas Syrias Idumaeas Chettaeas Amorraeas, nimirum illis de gentibus quarum coniugiis deus Israelico populo inter-

αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἡ καρδία μετὰ κυρίου Θεοῦ αὐτοῦ καθὼς καὶ ἡ καρδία Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξέκλιαν αἱ ἄλλότρια γυναῖκες τὴν καρδίαν αὐτοῦ ὀπίσω Θεῶν αὐτῶν. καὶ τότε ὤκοδόμησε Σολομῶν ναὸν τῷ Χαμῶς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων, καὶ τῷ Μελχώμ προσοχθίσματι νιῶν Ἀμίων.” 5

P 97 ἡ μὲν οὖν Ἀστάρτη ἐστὶν ἡ παρ’ Ἑλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, ὃ δὲ Χαμῶς Θεὸς ἦν Τυρίων. “καὶ οὕτως ἐποίησε ταῖς ἄλλοφύλοις αὐτοῦ γυναῖξι πάσαις, αἵτινες ἐθνύμων καὶ ἔθνον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. καὶ ἐποίησε Σολομῶν τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, καὶ οὐκ ἐπορεύθη ὀπίσω κυρίου ὡς Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. καὶ ὠργί- 10 σθη κύριος ἐπὶ Σολομῶν, ὅτι ἐξέκλινεν ἡ καρδία αὐτοῦ ἀπὸ κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ τοῦ ὑφ’ ἑνός αὐτῷ δις καὶ ἐντελιμμένον αὐτῷ μὴ πορεύεσθαι ὀπίσω Θεῶν ἑτέρων τὸ παράπαν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν ‘ἀνθ’ ὧν οὐκ ἐγύλαξάς μου τὰς ἐντολάς καὶ τὰ προστάγματα ἃ ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσων διαρρήξω τὴν βασι- 15 λείαν ἐκ χειρὸς σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου· πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σοῦ τοῦτο οὐ ποιήσω, διὰ Δαβὶδ τὸν δούλόν μου καὶ πατέρα σου, καὶ διὰ Ἱεροσολήμ τὴν πόλιν μου, ἣν ἐξελεξάμην. καὶ ἤγειρε κύριος τῷ Σολομῶντι Σατὰν Ἄδερ τὸν Ἰδουμαῖον καὶ τὸν Ἐδρααζῶρ βουσιλέα Σουβᾶ, καὶ ἦσαν τῷ Ἰσραὴλ 20 Σατὰν πάσας τὰς ἡμέρας Σολομῶντος. καὶ ἀπέθανε Σολομῶν ἐτῶν ογ’, καὶ ἐτίφη μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.” ἐφ’ οὗ ἦν Ὁμηρος καὶ Ἡσίοδος.

dixerat. cum aetas ipsius iam esset gravis, animum non gessit exemplo patris sui Davidi rectum erga dominum deum suum: sed eum alienigenae uxores averterunt, ut ipsarum deos amplecteretur. itaque tunc Solomon delubra condidit Chamoso Moabico, Astartae Sidoniorum, et Melchomo Ammonitarum, abominandis ac deo invisibilibus deastris.” Astarte est quam Venerem nos dicimus: Chamosum pro deo Tyrii habebant. “eoque modo fecit in gratiam omnium alienigenarum uxorum; eaeque suffitibus et sacrificiis simulacra sua venerabantur. ea ergo fecit Solomon, quae deo displicerent, neque in eo colendo vestigia Davidi patris sui secutus est. succensuit itaque dominus Solomoni, quod a se Israelicorum deo animum abalienasset, bis ipsi viso, et interminato ne quem omnino peregrinum deum sectaretur. denuntiavitque ei deus, quando iussa ac mandata sua sprevisset, se regnum ideo ex manu ipsius abrepturum servoque eius traditurum; atque id quidem propter Davidum ipsius patrem, suum famulum, vivo ipso non facturum, itemque propter Hierosolyma, urbem a se delectam. excitavitque deus Solomoni adversarium Adarem Idumaeum atque Hedraazarem regem Subensem, qui Israelicos infestaverunt quamdiu vixit Solomon. mortuus est anno aetatis 73, inque sepulcro patris depositus.” sub eo Homerus fuit ac Hesiodus.

Θαυμάσειε δ' ἂν τις καὶ μάλα εὐκότως, ὡσπερ ἐπὶ τοῦ
 θιοτάτου Μωϋσέως, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ σφωτάτου Σολο-
 μῶντος, πῶς ἑκάτερος αὐτῶν τοσαύτης πάλαι θείας δόξης καὶ C
 προμηθείας ἀξιώθεις ὕστερον ὁ μὲν εἰς ἀγανάκτησιν καὶ λύπην
 τὸν θεὸν κινήσας τῆς ἐπαγγελίας ἐξέπεσεν, ὁ δὲ εἰς ὀργὴν καὶ θυ-
 μὸν ἐκείρας αὐτὸν τοὺς τε προειργασμένους ἀρίστους πόρους ἄρ-
 ρη ἐξημίωτο καὶ τὴν ψυχὴν προσαπώλεσε. ποῦ γὰρ ἡ τοιαύτη
 πρὸς θεὸν οἰκείωσις καὶ παρηρησία καὶ οἱ τοσοῦτοι καὶ τηλικούτοι
 πόροι καὶ κόποι καὶ ἀγῶνες τοῦ θεοσεπίου Μωϋσέως; οἵτινες διὰ
 10 τῆς ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας ἁμαρτίαν παρωρέθησαν, καὶ
 τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσόδου ἀθρόως ὁ δίκαιος καὶ
 ἀσπγγρητῶς ἀπεστέρητο, καθὼς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται. ποῦ
 δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Σολομῶντα θεία φιλοστοργία καὶ ἡ τοσαύτη D
 χάρις τε καὶ σοφία, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς πολλῆς ἐκείνης φρονή-
 15 σιας καὶ συνέσειως, καὶ ἡ προλαβοῦσα τοιαύτη νηφαιλιωτάτη
 ἔννοια καὶ θεολογία καὶ φυσιολογία, ἔσχατον ἐκ γυναικομανίας
 εἰς ἰδωλομανίαν ἐκπεπωκότος, ὡς σαφῶς δεδήλωται. τῷ ὄντι
 γὰρ οὐδὲν ὄφελος, ἐναρξέμενον πνεύματι σαρκεὶ ἐπιτελέσαι. ἔως
 μὲν γὰρ ἀπήλαυε Σολομῶν τῆς ἄνωθεν προμηθείας, ἐν εἰρήνῃ
 20 καὶ γαλήνῃ διῆγε, πάντας ἔχων ὑποκειμένους, καθὼς προεῖρηται,
 καὶ δασμὸν κομίζοντας ὅτι μάλιστα· ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐγυμνώθη,
 τοῖς ὀσμενέσιν εὐεπιχειρήτος γέγονεν. ἀληθῶς ὄντως φοβερόν τὸ
 ἔμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. ὡσπερ γὰρ ὁ ἔλεος ἄρρητος, P 98

Miretur aliquis optimo iure quid causae fuerit quod et divinissimus
 Moses et hic sapientissimus Solomon, cum utrumque eorum ante deum
 tanto honore atque procuratione dignatus fuisset, tandem tamen alter,
 dei indignatione atque dolore excitato, promissae sibi rei impos factus
 est, alter, cum irritasset deum, praemio priorum eorumque optimorum
 laborum multatus, animam quoque insuper perdidit. quorsum enim re-
 cederunt tanta cum deo familiaritas, tanta in eo compellando libertas,
 tot tantique labores, ac tam gravia et multa certamina divini Mosis?
 quae omnia ob peccatum apud aquam iurgii admissum posthabita sunt;
 atque ipse introitu in promissam terram, homo iustus, prorsus et irre-
 tractabili sententia privatus fuit, uti supra est commemoratum. quor-
 sum dei erga Solomonem amor tantus tantaque gratia et sapientia?
 quid tam ingens prudentia atque intelligentia profuit, ac sobriissima
 divinarum humanarumque rerum consideratio et cognitio, cum is ad ex-
 tremum ex insano mulierum amore ad impios falsorum deorum cultus sit
 prolapsus? sicuti demonstravimus. nimirum revera non prodest spiritu
 coepisse, ubi carne absolvere velis (Galat. 3). quippe Solomon, quam-
 diu divinae providentiae commodis fretus fuit, eatenus pacatam ac tran-
 quillam vitam egit, omnes, ut diximus, subditos ac stipendiarios ha-
 bens. destitutus ab ea facilis vexatu hostibus fuit. adeo verum est,
 terribile esse in manus dei incidere viventis (Ebr. 10): cuius ut ineffa-

οὕτω καὶ ἡ κόλασις ἀνυπόστατος. ὅτι δὲ τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευσε, καταλείψας τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Δαβὶδ, εὐδελον ἔξ ὧν καὶ Ἀχίας ὁ προφήτης ἔφη πρὸς τὸν Ἱεροβοάμ. “τάδε λέγει κύριος· ἴδου ἐγὼ ῥήσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, καὶ δώσω σοι τὰ δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα δώσω 5 αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τὸν θυλὸν μου καὶ Ἱερουσαλὴμ τὴν πόλιν μου, ἣν ἐξελεξάμην ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν Ἰσραὴλ, ἀνθ’ ὧν ἐγκατέλιπέ με, καὶ ἐδούλευσε τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων, καὶ τῷ Χαμῶς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῷ Μελχὼμ προσοχθίσματι νιῶν Β Ἀμών, * καὶ γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλὰς. καὶ ἔτι ἔλαβε τὴν 10 θυγατέρα Φαραὼ ἐκ τῶν ἐθνῶν ὧν ἀπέπε κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὐκ εἰσελεύσεσθε ἐν αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐκκλίνωσι τὰς καρδίας ὑμῶν ὀπίσω τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἐκλιναν αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἐν καιρῷ γήρωσ αὐτοῦ ὀπίσω τῶν θεῶν αὐτῶν. καὶ ὀκκοδόμησεν ὑψηλὸν τῷ Χαμῶς εἰ- 15 δῶλῳ Μωάβ ἐν τῷ ὄρει, ἐπὶ προσώπου Ἱερουσαλήμ, καὶ τῷ Μελχὼμ εἰδώλῳ νιῶν Ἀμών, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδονίων· καὶ οὕτως ἐποίησε πύσαις ταῖς γυναῖξιν αὐτοῦ ταῖς ἀλλοτρίας, αἱ ἐθνυμίων καὶ ἔθνον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. καὶ ὠργίσθη κύριος τῷ Σολομῶντι, καὶ εἶπεν· ἀνθ’ ὧν οὐκ ἐφύλαξας τὰ 20 C προστάγματά μου ἃ ἐνετείλάμην σοι, διαρρήσων διαρρήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρὸς σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου· πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σου οὐ ποιήσω ταῦτα, οὐδὲ ὄλην τὴν βασιλείαν

bilis est misericordia, ita et intolerabiles sunt poenae. porro autem in promptu est Solomonem derelicto vero deo patris sui Davidi simulacris divinum detulisse honorem, cum haec sint verba Achiae vatis ad Ieroboamum (3 Reg. 11) “ecce ego abrumpo regnum ex manu Solomonis. tibi decem tribus dabo: duas ipsi relinquam, in gratiam Davidi servi mei ac Hierosolymorum urbis meae, quam de omnibus Israelicis tribubus mihi delegi. causa est, quod me spreto Astartam Sidoniorum, Chamosum Moabitaram, et Melchomum Ammonitarum abominanda simulacra divino cultu honoravit.” duxit autem Solomon uxores multas alienigenas, et tandem etiam Pharaonis filiam, nuptiis contractis cum gentibus quarum affinitatibus et necessitudine deus interdixerat ob hanc rem, ne eae Israelicorum animos ea occasione a deo ad simulacrorum impium cultum abducerent. quod quidem Solomoni provecta iam aetate a suis uxoribus accidit, adeo ut Chamoso delubrum extrueret sublime in monte e regione Hierosolymae, itemque Melchomo et Astartae, Moabitaram Ammonitarum et Sidoniorum detestandis simulacris. atque eodem modo singulis suis peregrinis uxoribus est gratificatus, simulacra sua adolendo et sacrificando colentibus. iratus itaque deus Solomoni dixit, quando is praecepta sua non observasset, se vicissim regnum ei de manibus ereptum servo ipsius traditurum, tametsi hoc ipso vivo non

λήφωμαι. σκῆπτρον ἔν δώσω σοι διὰ Δαβιδ τὸν δοῦλόν μου καὶ διὰ τὴν βασιλείαν ἣν ἐξελεξάμην.”

Ἀποθανόντι δὲ τῷ Δαβιδ ἐποίησε Σολομῶν μνημεῖον παρὰ τῷ Σιλωὰμ ἀντρῶδες διὰ βύθους, πρὸς τὸ μὴ ὄρασθαι μεμη-
5 γχανημένον. συγκατώρυξε δὲ τῷ πατρὶ καὶ χρυσίου πολλὰς μυ-
ριάδας, ὡς Ἰώσηπός φησιν. ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Σολομῶν ἀποθα-
νὼν ἐτάφη. φασὶ δὲ καὶ Ὑρκανὸν ὕστερον τὸν ἱερέα, τῆς πό-
λιως πολιορκουμένης, ἀνοίξαι τὸ μνημεῖον καὶ χρυσοῦ τρισχίλια D
τάλαντα ἀνέκειθεν ἐκφορῆσαι. ἀλλὰ καὶ Ἡρώδη μετ’ αὐτὸν ἀνοίξας
10 μὲν τὸν τάφον, χρήματα δὲ μὴ εὑρεῖν· κόσμον δὲ χρυσοῦν καὶ
κιμήλια πάμπολλα τοῦτον ἀνελεσθαι ἱστοροῦσι, πειραθέντα δὲ
καὶ ἐνδοτέρω χωρεῖν πυρὶ ἐπισχεθῆναι.

Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Σολομῶντος Ῥοβοὰμ τὴν βασιλείαν
διωδέχεται. καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν εἰς Σίκιμα, ὅτι ἐκεῖ πᾶς Ἰσραὴλ
15 ἀπήγασαν τοῦ βασιλεῦσαι αὐτόν· καὶ ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς Ῥοβοὰμ
‘ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν, καὶ σὺ τῶν κούφισον, καὶ
δουλεύσομέν σοι.’ καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς ‘ἀπέλθετε ἕως ἡμερῶν
τρῶν· ἀναστρέψατε, καὶ λαλήσω ὑμῖν.’ καὶ ἀπήγγειλε Ῥοβοὰμ P 99
τοῖς πρεσβυτέροις τὸ ῥῆμα τοῦ λαοῦ. καὶ αὐτοὶ εἶπον ‘ὡς ἡτή-
20 σατό σε ποιήσεις, καὶ αὐτοὶ δοῦλοι σου πάσας τὰς ἡμέρας.’
καὶ συνεβουλεύσατο μετὰ τῶν παιδαρίων τῶν παριστώτων αὐτῷ
περὶ τούτου, καὶ αὐτοὶ εἶπον ‘ἀλήσον τῷ λαῷ οὕτως. ἡ σμι-
κρότης μου παχυτέρα ἐστὶ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρὸς μου. ὁ πατήρ

esset facturus, neque totum regnum ablaturus, sed unam tribum poste-
ris eius daturus, Davidi causa servi sui et electae a se urbis.

Vita functo Davidi sepulcrum Solomon apud Siloamum aedificavit,
totum in specus formam effectum, ne esset conspicuum. et cum patre
eum ibi defodisse multa talentorum auri milia Iosephus scribit. ibidem
et Solomon obita morte sepultus est. perhibent postea temporis Hyr-
caam pontificem, cum urbs obsidione premeretur, aperto monumento
auri talenta ter mille inde exportasse. post hunc Herodem idem ten-
tantem pecuniae nihil invenisse, sed aurea ornamenta atque reposita do-
naria permulta abstulisse; interiusque penetrare aggressum igni fuisse
prohibitum.

Solomoni Roboamus successit. eum, cum ad comitia populi regem
ipsam declaraturi Sichemam venisset, populus rogavit uti iugum, quod
eis pater ipsius aggravasset, levaret: ita se paratos esse ad ser-
viendum ipsi. Roboamus discedere populo atque triduo post ad acci-
piendam responsum redire iusso, populi postulata cum senibus communi-
cavit. ii consulerunt uti populo morem gereret, ita eum sub se per-
petuae habiturum. consulti etiam a rege adolescentuli, quos circum se
habere solebat, hortati eum sunt ut populo sic responderet, tenuissi-
mam sui corporis partem crassiorem lumbis paternis esse. patrem ipsis

μου ὑπέτασεν ὑμᾶς ἐν κλωῶ βαρεῖ, ἐγὼ προσθήσω ἐπὶ τῶ κλωῶ
 αὐτοῦ· ὁ πατήρ μου ἐπαίδευσεν ὑμᾶς ἐν μύστιξιν, ἐγὼ παιδεύσω
 ὑμᾶς ἐν σκορπίῳ.' ταύτην τὴν βουλήν τῶν παιδαρίων εἶπε Ῥο-
 βοῶμ ὑποστρέψαντι τῶ Ἰσραήλ· καὶ ἀπεκρίθη πᾶς ὁ λαὸς· οὐκ
 B ἔστιν ἡμῖν ἔτι μερὶς ἐν Λαβίδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν υἱῷ Ἰεσσαί. 5
 ἀπότρεχε Ἰσραὴλ εἰς τὰ σκηνώματά σου, βόσκει τὸν οἶκόν σου
 Λαβίδ, καὶ κρίνε.' καὶ διεμερίσθη ἡ βασιλεία Σολομῶντος· καὶ
 αὐτῷ μὲν τῶ Ῥοβοῶμ ἡ ἕξ Ἰούδα παραμένει φυλὴ καὶ ἡ τοῦ
 Βενιαμίν, αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα φυλαὶ Ἰεροβοῶμ τὸν τοῦ Ναβᾶτ
 προεκήρυξαν βασιλεία. ἦν μὲν τῶ Ῥοβοῶμ τῆς βασιλείας ὁ οἶκος 10
 ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ὑπ' αὐτὸν τατιόμενον πλῆθος
 Ἰούδας καὶ ὁ οἶκος Λαβίδ, ἐκ τῆς ἐπικρατετέρας φυλῆς εἰληφῶς
 τὴν προσηγορίαν. τοῦ δὲ Ἰεροβοῶμ Σαμάρεια ἡ μητρόπολις,
 ὁ δὲ τῆς βασιλείας οἶκος ἐν Θαρσᾶ· ὄνομα δὲ τῶ ὑπ' αὐτὸν
 C λαῶ Ἰσραὴλ διὰ τὸ πλῆθος καὶ Ἐφραΐμ διὰ τὴν τῆς βασιλείας 15
 φυλὴν.

Κατὰ δὲ τὸν ὄγδοον μῆνα, ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ μηνός,
 ἀνέβη Ἰεροβοῶμ ἐν Βεθῆλ εἰς τὸ θυσιαστήριον ὃ ἐποίησε τοῦ θύειν
 ταῖς δαμάλεσιν αἷς ἐχώνευσε, καὶ παρέστησε τοὺς ἱερεῖς τῶν ἑψη-
 λῶν, οὓς αὐτὸς κατέστησεν ἐν αὐτοῖς. καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος τοῦ 20
 Θεοῦ παρεγένετο ἐν Βεθῆλ, ἐν λόγῳ κυρίου ἐξ Ἰούδα· καὶ Ἰερο-
 βοῶμ εἰστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ τοῦ θύσαι. καὶ εἶπεν

17 codex habebat πεντηκοστόν. margo P

grave iugum imposuisse: at se id porro quoque aggravaturum. patrem
 in ipsis castigandis usum fuisse flagellis, se scorpios ad hoc adhibitu-
 rum. hoc adolescentulorum consilium probavit Roboamus, itaque omnia
 respondit populo Sichemam reverso. ad haec populus uno ore prote-
 status est nihil porro sibi cum Davido et Iessaea prole commune: Israe-
 licos in suum quemque tabernaculum abire, ipsum Davidum suam do-
 mum pascere ac gubernare debere. hoc modo Solomonis regnum fissum
 est. nam Roboamo duae tantum tribus, Iudae et Beniamini, adhaese-
 runt: reliquae omnes Ieroboamum Nabati F. regem sibi constituerunt.
 regia Roboami fuit Hierosolymis, et multitudo regno eius subdita Iudas
 appellabatur ac domus Davidica, nomine a tribu praestantiore sumpto.
 at Ieroboamus regni caput habuit Samariam, regiam Tharsae; populus
 quam regebat Israelus ob multitudinem et Ephraimus ob regni tribum
 nuncupabatur.

Decima quinta die octavi mensis Ieroboamus Bethelam ascendit,
 ad aram quam extruxerat ut buculis, quas fuderat, rem sacram face-
 ret, constituitque sacerdotes, qui in editis locis sacrificarent, a se con-
 secratis. ecce autem ex Iuda quidam divinus homo mandato dei instru-
 ctus Bethelam advenit. is, cum Ieroboamus altari suo sacrificandi gra-

ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὸ θυσιαστήριον ἐν λόγῳ κυρίου ἑθυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τότε λέγει κύριος· ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ. καὶ θύσει ἐπὶ σε τοὺς ἱερεῖς τῶν ἐνηλῶν τῶν θυόντων εἰς σε, καὶ ὅσα ἄνθρώπων καύσει ἐπὶ σε. **D**
5 καὶ ἔδωκεν εὐθὺς τέρας, λέγων ἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πύαυς ἡ οὖσα ἐπ' αὐτῷ. καὶ ὡς ἤκουσεν Ἰεροβοάμ, ἔξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ συλλαβέσθαι αὐτόν. καὶ ἰδοὺ ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη, καὶ ἡ πύαυς αὐτοῦ ἐξηχύθη. καὶ εἶπεν Ἰεροβοάμ· δέηθητι τοῦ προσώ-
10 που κυρίου τοῦ θεοῦ σου, καὶ ἐπιστρέψάτω ἡ χεὶρ μου πρὸς με. καὶ ἰδεήθη ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐγένετο ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιής. καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἀπὸ προσώπου Ἰεροβοάμ. ἦν δέ τις ἄλλος ψευδοπροφήτης, κατοικῶν ἐν Βεθῆλ, πρεσβύτης. **P 100**
 τὴν πόλιν λαφυραγωγῆσας καὶ τὰ κτήνη κρεουρηῆσας καὶ πολλὴν
D φονοκτονίαν ποιήσας καὶ μεγαλορρημονήσας ἀνεχώρησεν εἰς Ἀν-

tum designabat. revertens enim ex Aegypto Antiochus, insigni victoria elatus efferatoque animo Hierosolyma adortus, vi expugnavit; militibusque imperavit ut iugularent in quoscunque incidissent, neque cuiquam parcerent. ita 180 milia Iudaeorum caesi sunt. ceterum eo temeritatis progressus est Antiochus, ut etiam in sacrarium superbissime intraverit, aramque ibi et simulacrum statuerit, abominandum vastitatis signum; templumque impuris profanatum sacrificiis aedem Iovis Olympii deminaverit. sedens porro in sublimi loco satellites iussit ut Hebraeos singulatim ad carnes sullas ac sacrificia simulacrorum gustanda adigerent, recusantesque interficerent. inter multos qui tum eius rei causa comprehendebantur, fuit etiam Eleazarus scribarum princeps, provecta iam aetate. is cum ad cibum nefarium urgeretur, mortem gloriosam vitae flagitio contaminatae praetulit, ac sponte sua in nervum sese abduci passus est; ubi multis prius ac feedis tortus cruciatibus, vitam finivit, non adolescentibus modo sed et nato maioribus mortem suam magnanimitatis ac fortitudinis relinquens exemplum. post eum alii septem fratres una cum matre varie excarnificati martyrii coronam gloriose rettulerunt. ab his tyrannus turpitudinis convictus maiore furore exarsit; sacrisque omnibus vasis abruptis auriq̄ue et argenti vi immensa, et urbem totam depopulatus, mactatis etiam pecudibus et caede hominum magna edita, iactabundus Antiochiam rediit. post biennium

τιόχειαν. και μετὰ δύο ἔτη κατὰ Περσῶν ἐπιστρατεύσας ἀπέ-
 στείλειν ἄρχοντα φάρολογῆσαι τὴν πόλιν Ἱερουσαλήμ, ὃς παρα-
 γενόμενος μετὰ πολλῆς δυνάμεως και λαλήσας εἰρηνικοὺς λόγους
 μετὰ δόλου πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ και εἰσελθὼν ἐπάταξεν αὐτὴν
 5 πληγῇ μεγάλῃ και καθελὼν τὰ τείχη πᾶσαν ἐνέπρησε, και τὸ μὲν
 κερὸν μιαρῶν θυσιῶν ἐνέπλησε, τοὺς δὲ μὴ προαιρουμένους τῶν
 Ἰουδαίων ἐλλήνισαι ἀφειδῶς κατέκτεινε. πολλοὺς οὖν ἀνελὼν
 ἀπῆλθεν, ἄρχοντα καταλιπὼν εἰς τὸ βασανίζειν τοὺς Ἰουδαίους.
 Ματθίας δὲ τις ἱερεὺς ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακ- P 164
 10 καβαῖος ἐτύγγανε, ζήλου πλησθεὶς και ὀρηκῆσας κατὰ τοῦ ἄρχον-
 τος ἀνείλεν αὐτόν. και συναγαγὼν ἅπαντας τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπέρ-
 χεται και κατασκάπτει τοὺς ἀκαθάρτους βωμοὺς τῶν Ἑλλήνων,
 και τοὺς ἀποστάντας τοῦ νόμου ἀναιρεῖ. ὁ δὲ γε Ἀντίοχος ἀκό-
 σμως τε και ἡττημένος ἐκ τῆς Περσίδος τὴν ὑποτροφήν ποιού-
 15 μενος, ἐκ πολλῆς ἀθυμίας ἀρρωστήσας ἔφη πρὸς τοὺς οἰκείους
 ἑαυτοῦ "ἀφίσταται ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, και συμ-
 πέπτωκα ἀπὸ τῆς μερίμνης. νῦν οὖν μιμνήσκομαι τῶν κακῶν ὧν
 ἐποίησα ἐν Ἱερουσαλήμ. ἔγνων ὅτι χάριν τούτων εἶδον τὰ κακὰ
 ταῦτα, και ἰδοὺ ἀπόλλυμαι ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ." και συνέταξε τὸν
 20 ἄρματηλάτην αὐτοῦ βλαύνειν ἀνευδότης, ἐκαιοθανόμενος ἐναργῶς B
 τῆς ἀνωθεν κρίσεως τὴν τιμωρίαν. συνέσχε γὰρ αὐτὸν ἀνήκεστος
 ἀλληδῶν τῶν σπλάγγων· συνέβη δὲ πεσεῖν αὐτὸν και ἀπὸ τοῦ
 ἄρματος ῥολῶ φερόμενον, και δυσχερεῖ πτώματι περιπεσεῖν, και
 πάντα τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι τὰ μέλη, ὥστε και σκώλη-

expeditionem in Persas parans legatum misit, qui Hierosolymis tribu-
 tum exigeret. is cum magnas adduxisset copias, astu pacata omnia lo-
 quens urbem intravit, inque ea crudeliter caede grassatus muros deiecit
 urbemque incendit; templum quoque impiis sacrificiis opplevit, et Iudaeos
 qui Graecis ritibus uti recusarent, promiscue occidit; ablitque relicto
 praefecto qui Iudaeos torqueret. at sacerdos quidam nomine Matthias,
 quinque filios habens, quorum unus fuit Indas Maccabaens, indignitate
 rei stimulatus in praefectum impetum fecit, eoque trucidato omnes: nunc
 congregavit, Graecorumque incestas aras subvertit, et eos qui a lege
 divina desciverant interemit. sed Antiochus tarpiter ex Perside rever-
 tens, accepta clade, prae nimio moerore in morbum incidit, familiaribus
 que suis fassus est se insomnio torqueri ac sollicitudine confici: nunc
 se recordari quae Hierosolymis maleficia exercuisset, et sentire propter
 ista in has se calamitates devenisse, inque alieno solo perire. simul
 aurigae suo mandavit ut citato cursu pergeret, perspicue animadvertens
 divinitus immissum supplicium. vexabatur insanabili intestinorum do-
 lore. accidit autem ut de curru praiceps cum impetu deturbaretur,
 eoque casu afflicti omnia membra corporis excruciantur, ac vermes

και εκβρίσσαι και εν δόνηαις μεγίσταις καταπίπτειν αὐτοῦ τὰς σάρκας. και οὕτως αἰσχίστω μόρφω τὸν βίον ἐπὶ ξένης κατέστρεψε.

Μετὰ δὲ Ἀντίοχον βασιλευσεν Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ, υἱὸς αὐτοῦ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος τοὺς φρουράρχας 5 Ἀντίοχον τροπώσάμενος ἐπέλθειν καθ' αὐτοῦ Ἀντίοχον παρεσκεύασε μετὰ χιλιάδων ἰππέων εἴκοσι και πεζῶν χιλιάδων ἑκατὸν και ἄρμάτων τριακοσίων και ἐλεφάντων νέ' γεγυμνασμένων πρὸς πόλεμον. 8ς και διελὼν τοὺς ἐλέφαντας εἰς τὰς φάλαγγας παρέστησεν ἑκάστῳ ἐλέφαντι ἄνδρα χιλίους τεθωρακισμένους ἐν ἄλυσιδωτοῖς, και περικεφαλαῖαι χαλκαὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, και ἰππεῖς ἐκλεκτοὶ πεντακόσιοι διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ, και πύργοι ξύλινοι ἐφ' ἑκάστῳ θηρίῳ διὰ μηχανῆς, και ἐφ' ἑκάστῳ ἄνδρες δυνάμειως ἑνοπλοὶ τριακονταδύο. ὡς δὲ κατέλαμπεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς χρυσῆς ἀσπίδας και τὰ ἄρματα, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ' αὐτῶν· ἦν γὰρ ἡ παρεμβολὴ μεγάλῃ και ἰσχυρὰ λίαν. και ὡς ἐπέτεινεν ἡ μάχη, θεασάμενος Ἐλεάζαρ ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα πεπρωμένους τοὺς ἐλέφαντας και τοξότας ἐπ' αὐτῶν φερομένους, ἔνα δ' ἰδὼν ὑψηλότερον τῶν ἄλλων και βασιλικοῦς θώραξι καθωπλισμένον, και νομίσας ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὸν βασιλέα, ἐκπηδήσας τῆς παρατάξεως ἐμπλέκεται τῷ τῶν πολεμίων ἀθροίσματι, και πολλοὺς ἀποκτείνας τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ὑπέδν, και πατάξας εἰς τὴν γαστέρα τὸν ἐλέφαντα ἐπικαθίσαι και συντρεῖναι αὐτὸν τὸ θηρίον ἐποίησεν. ὅπερ Ἰούδας θεασάμενος και κραταιότερον τὸν πόλεμον αἰσθόμενος εἰς Ἱερουσαλήμ ἔφυγε. 25

quoque erumperent, gravissimisque doloribus carnes etiam deciderent. ita ille vitam in aliena terra cum turpissima morte commutavit.

Successit filius Antiochus Eupator. hic adversus Iudam Maccaebaeum, quod is regia praesidia deiecisset, ingentem duxit exercitum, viginti milia equitum, pedites 10000, currus 300, elephantos ad bellum exercitatos 55. aciem ita instruxit ut divisit in phalanges elephantis cuiusvis 1000 viros loriceis et cassidibus aereis armatos adiungeret ac 500 delectos equites: gestabat quivis elephanta turrim ligneam, inque ea armatos viros 32. cum solis radii in aurata scuta et currus incidissent, eorum reflexu montes splenduerunt. acre tum et magnum est commissum praelium. quod cum maxime ferret, Eleazarus frater Iudae cernens ardere elephantos supraque eos sagittarios, unum eorum videns reliquis sublimiorem ac thoracibus regis armatum, et suspicatus eo regem ferri, extra ordines sese proripuit, inque cuneum hostium sese immittens, multis circa elephantum occisis bellua subiit, ventremque eius feriit; quo ex vulnere bellua concidit, ipsumque ruina oppressit. Iudas cum hoc videret et pugnam sibi iniquam esse sentiret, Hierosolymam

καὶ ἐπιδιώξας Ἀντίοχος ἐπολιόρκει ταύτην. εἶτα λόγους εἰρη-
 κούς μεθ' ὄρκων ποιησαμένου, δέχεται αὐτὸν Ἰούδας ἔνδον τῆς
 πόλεως. ὁ δὲ εἰσελθὼν καὶ τὸν ὄρκον παρασπονδήσας καὶ τὸ
 τεῖχος τέλειον καταστρέψας καὶ τοὺς οἰκήτορας σκυλεύσας εἰς Ἀν-
 5 τείχειαν ὑπέστρεψε. μετὰ δὲ ταῦτα Ἰούδας τρισὶν ἔτει τὴν P 165
 θρησκείαν δλιγωρηθεῖσαν τὴν πάτριον ἀνεκτήσατο, καὶ πολέμους
 πολλοὺς ἐπιδειξάμενος καὶ τρόπαια μεγάλα στησάμενος καὶ τῆς
 χώρας ἅπαντας ἀπελάσας τοῦ Ἀντίοχου καὶ τὸν ναὸν ἐκκαθάρας
 γνώμῃ παντὸς τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀρχιερωσύνην παρ-
 10 λαβε.

Τὰ δὲ Ῥωμαίων πράγματα διωκεῖτο πρῶτην ἐπὶ ὑπάτων
 ἐπὶ ἔτη τξδ' ἕως Ἰουλίου Καίσαρος τοῦ μὴ γεννηθέντος· τῆς
 γὰρ μητρὸς αὐτοῦ θανούσης ἐν τῷ θ' μηνί, ταύτην ἀνυσχί-
 15 τομή. ἀφ' οὗ Καίσαρες καὶ οἱ τῶν Ῥωμαίων βασιλεῖς προσηγο-
 ρεῦθησαν.

Τῷ δὲ εσιά' ἔτει τοῦ κόσμου Ἀλεξάνδριεὺς καὶ Αἰγύπτου B
 Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος ἐβασίλευσεν ἔτη λη', ὃς καὶ τὴν μετα-
 βολὴν τῶν θείων γραφῶν καὶ λοιπῶν Ἑλληνικῶν Χαλδαϊκῶν Αλ-
 20 γυπτίων καὶ Ῥωμαϊκῶν εἰς δέκα μυριάδας ἀριθμονύμενων βιβλίων,
 πασῶν τε ἄλλογλώσσων οὐσῶν, εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσουν μετε-
 ποίησε διὰ τῶν ο' σοφωτάτων Ἑβραίων· ἕς καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν
 Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις αὐτοῦ ἐναπέθετο. γέγονε δὲ ἡ μετα-
 βολὴ πᾶσα τῶν Ἑβραϊκῶν βιβλίων ἐν ὄλαις ἡμέραις οβ'. ἐπὶ τῷ

8 τοῦ] τοῦς?

profugit. eum insecutus Antiochus urbem obsidione cinxit. post pace
 composita et dato iureiurando admissus in urbem ab Iuda, violato iu-
 ramento, muros prorsus deiecit, ac incolis spoliatis Antiochiam rediit.
 post haec triennio Iudas avitam religionem pene obsoletam instauravit,
 bella magna gessit, tropaeaque praeclara erexit, et Iudaea Antiochi du-
 cibis omnibus profligatis temploque repurgato totius populi consensu
 pontifex maximus factus est.

Res Romana primum a consulibus administrata fuit per annos 364
 usque ad Iulium Caesarem. hic quia non fuit natus, sed matre eius
 nono post conceptum foetum mense mortua eius utero dissecto extractus,
 ab ea incisione cognomen Caesaris habuit, quod ab eo in omnes Ro-
 manorum reges transiit.

Anno mundi 5211 regnum Alexandriae et Aegypti Ptolemaeus Phila-
 delphus iniiit, gessitque id annos 38. hic sacras literas, sed et reli-
 quos Chaldaicos Aegyptiacos Romanos aliisque linguis scriptos libros,
 opera doctissimorum Ebraeorum in Graecum sermonem transcripsit,
 libros numero ad 100000; eosque in sua Alexandrina bibliotheca repo-
 suit. Ebraicorum librorum translatio diebus omnino 72 absoluta est.

Georg. Cedrenus tom. I.

κάλλει τοίνυν τῶν θείων γραφῶν ἐκπλαγέντος τοῦ βασιλέως καὶ πάντων τῶν ἐν τέλει, παρόντος καὶ Μενεδήμεου φιλοσόφου καὶ C Δημητρίου Φαληρέως ἡρώτα ὁ βασιλεὺς ὅτι πῶς τοιούτων ὄντων τῶν θείων λόγων, οὐδεὶς ἱστορικῶν ἢ ποιητῶν ἐμνήσθη αὐτῶν. καὶ ἀπεκρίθη ὁ Δημήτριος ὅτι οὐδεὶς ποτε ἐτόλμησε τούτων ἄψα-5 σθαι διὰ τὸ καὶ Θεόπομπον θελήσαντα ἱστορῆσαι περὶ αὐτῶν παραφροσύνῃ κρατηθῆναι καὶ ὄνυρ ἰδεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο αὐτοῦ συνέβη περιειργασμένῳ τὰ θεῖα. καὶ Θεόδεκτον τὸν τῶν τραγω- διῶν ποιητὴν ἐν ἐνὶ δρώματι μνησθέντα τῶν ἱερῶν βιβλίων τούτων τυφλωθῆναι. ἑκατέρους δὲ ἀποσχομένους τοῦ τολμήματος καὶ τὸ 10 θεῖον ἐξευμενισαμένους ὕγιεις γενέσθαι.

Πτολεμαῖος ὁ εὐεργέτης, ὁ φιλαδέλφου καὶ Ἀρσινόης, ἔτη κς'. κατὰ τοίτους τοὺς χρόνους Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιραχ ὁ τὴν Σοφίαν συγγράψας παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο.

D Πτολεμαῖος ὁ φιλοπάτωρ, ὁ τοῦ εὐεργέτου υἱός, ἐβασί- 15 λευσεν ἔτη ις'. ἐπὶ τούτου ὁ λαὸς τῶν Ἑβραίων αἰχμάλωτος ἐν Αἰγύπτῳ ἀπαχθεὶς τοιοῦτόν τι ἔπαθεν. οὗτος προσέταξε τοῖς αὐτοῦ ὑπάσπισταῖς ἐλέφαντας φ', οὓς εἶχε, ποτίσαι οἶνον λιβα- κωτόν, ὅπως ἄπαντας τοὺς Ἰουδαίους δι' αὐτῶν ἀπολέσῃ· ἐξα- μένων δὲ κεινῶν οἱ ἐλέφαντες εἰς τοὺς ἰδίους στρατιώτας καὶ δῆ- 20 μους ἐμνησθέντες πολὺν αὐτῶν ὄχλον ἐν τῇ περιεχοσῇ μανίᾳ κατέσφαζαν· καὶ οὕτω σωθέντες μετ' εὐχαριστίας ἀπελύθησαν εἰς τὰ ἴδια.

rex pulchritudine sacrae Scripturae stupefactus, proceribus praesentibus unaque Menedemo philosopho et Demetrio Phalereo, quaesivit quidnam esset causae quod sacrarum literarum, quarum tanta sit dignitas, nemo historicorum aut poetarum mentionem fecerit. respondit Demetrius neminem eas fuisse ausum attingere, quando Theopompus etiam scrutari eas aggressus mente captus fuerit, ac per insonnium monitus id sibi accidisse quod curiose sacras res inquirere conatus fuisset, et Theodectes tragoediarum scriptor in quadam fabula sacrarum librorum facta mentione excaecatus fuerit, uterque autem horum ab incepto desistens deum placaverit ac sanitati restitutus sit.

Ptolemaeus Euergetes, Philadelphi et Arsinoae filius regnavit annos 26. eo tempore Iesus Sirachi filius qui Sapientiam scripsit, apud Ebraeos celebris fuit.

Ptolemaeus Philopator Euergetae filius regnavit annos 17. sub hoc cum populus Iudaens esset captivus in Aegyptum abductus, mira res evenit. mandavit rex satellitibus ut 500 elephantos vino libanotico inebriatos Iudaeis immitterent, itaque universos obtulerent. sed Iudaeis deum precantibus elephantum in ipsos milites ac Aegyptios sese converterunt, magnamque per furorem multitudinem interfecerunt. ita Iudaei servati cum gratiarum actione in patriam dimissi abiverunt.

Πτολεμαῖος ὁ ἐπιφανής, ὁ τοῦ φιλοπάτορος υἱός, ἐβασίλευσεν ἔτη κδ'. Πτολεμαῖος ὁ φιλομήτωρ, ὁ τοῦ ἐπιφανοῦς υἱός, ἔτη λε'. ἐπὶ τούτου Ἀντίοχος τοὺς Μακκαβαίους μὴ βουλομένους μιαιφοραγεῖν ἐκόλυζεν. ἐπὶ τούτου ἱεράτευσεν Ἰούδας Ὑρκανὸς καὶ Ἀριστόβουλος. καὶ ἕως αὐτοῦ τοῖνον τοῦ Ὑρκανοῦ ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσραὴλ ἦν. καὶ λαμβάνει τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Ἡρώδης ὁ ἀλλόφυλος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ὃς καὶ πλησιάζει τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ. καὶ Ὑρκανῶ μὲν συνεμάχει τὸ δημοτικόν, Ἀριστοβούλῳ δὲ οἱ ἱερεῖς. ἦν δὲ τις Ὀνίας ὀνόματι εὐσεβὴς καὶ δίκαιος, 10 καὶ ἐκ τῶν ἱερέων, ὃς καὶ ἀνομβρίαν ἔλυσέ ποτε ἐξάμενος· τοῦτον ἠνάγκασεν ἐξυσθαι περὶ νίκης. ὁ δὲ ἠῤῥατο λέγων "Θεὲ Β κύριε δεσπότης, μήτε τῷ δήμῳ κατὰ τῶν ἱερέων σου μήτε τοῖς ἱερεῦσι κατὰ τοῦ δήμου βοηθήσης." τοῦτον δὲ εὐθέως οἱ ὠμολογεῖται καὶ ἀσεβεῖς ἐλίθισαν. καὶ πυρευθὺς τῆς Θείας δίκης τούτους 15 μετέλθουσας ἦλθε κατ' αὐτῶν Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθησε. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων δι' εὐσεβείας οὐδενὸς τῶν ἱερῶν σκευῶν ἤψατο, καίπερ πολλῶν χρημάτων ὄντων, ἀλλὰ καὶ ἀνακαθῆραι τὸ ἱερόν καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν προσέταξεν. ἐπεμψε δὲ Ἀριστόβουλος δῶρον Πομπήϊῳ 20 ἄμπειλον χρυσοῦν διακοσίων ταλάντων.

Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος εὐεργέτης ἔτη κθ'. Πτολεμαῖος ὁ φύσκων δι' ὄγκον τοῦ σώματος ἐπικληθεὶς ἔτη ιε' μῆνας ε'. Πτολεμαῖος Ἀλεξῆς ἔτη ι'. Πτολεμαῖος ὁ δεύτερος σωτήρ, ὁ

Ptolemaeus Eriphanes, Philopatoris filius, regnavit annos viginti quattuor. huius filius Ptolemaeus Philometor triginta quinque. hoc regnante Antiochus Maccabaeos illicito cibo vesci recusantes supplicii affecit. tunc sacerdotio functi sunt Iudas Hyrcanus et Aristobulus. usque ad hunc Hyrcanum regnum Israelicum duravit. huius regnum a Romanis obtinuit Herodes alienigena, Christi adventui vicinus. Hyrcano favebat populus, Aristobulo sacerdotes. erat autem quidam Onias nomine inter sacerdotes, pius ac iustus, et qui aliquando pluviam precibus elicuerat. hunc coegerunt victoriam petere a deo. is ergo sic est precatus "domine deus, neque populo contra sacerdotes neque his contra populum auxilium fer." eum statim crudeles illi atque impii lapidibus obruerunt. insecuta est statim vindicta divina, venitque Romanorum imperator Pompeius, et urbem cepit. ingressusque in sacrarium intimum pietate ductus nihil sacrae suppellectilis attigit, quamvis esset permulta ibi. quin et repurgari fanum et sacrificia peragi iussit. Aristobulus Pompeio dono misit vitem auream, 200 talenta appendentem.

Ptolemaeus Euergetes secundus regnavit annos viginti novem. Ptolemaeus, qui a tumiditate corporis Physcon est nominatus, 17 s. Ptolemaeus Alexas annos 10. Ptolemaeus Soter secundus, secundi Euer-

υἱὸς τοῦ δευτέρου ἐδεργέτου, ἔτη κθ'. Κλεοπάτρα ἔτη η'. Πτολεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος ἐβασίλευσεν ἔτη λ'. Κλεοπάτρα ἡ τοῦ νέου Διονύσου θυγάτηρ τελευτήσαντα διαδέχεται πατέρα, καὶ συμβασιλεύει αὐτῇ Πτολεμαῖος ὁ ἀδελφός· τοῦτον διενεχθέντα πρὸς αὐτὴν ἀνελοῦσαι μὴν κατέσχε τὴν ἀρχήν, καὶ βασιλεύει 5 ἔτη κβ'. ὅτι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν χρόνων δ' μόνον ἔτη τῆς βασιλείας αὐτῆς δεῖ ἀριθμεῖν.

Τῆς Ἀσίας πρῶτος βασιλεὺς Ἀντίγονος γενόμενος Ἀντιγον-
 D νίαν ἔκτισε τὴν πρὸς τῷ Ὀρόντη ποταμῷ. ταύτην Σέλευκος ἐπι-
 κτίσας ὁ Ἀντιόχου πατὴρ Ἀντιόχειαν ὠνόμασεν· ἡ δὲ ἐστὶν ἡ με- 10
 γάλη Ἀντιόχεια. οὗτος ὁ Σέλευκος καὶ Λαοδίκειαν ἔκτισε καὶ
 Σελεύκειαν, Ἀπάμειαν, Ἐδεσαν, Βέρροϊαν, Πέλλαν καὶ Βαβυ-
 λῶνα παρεστήσατο. καὶ ἐν ταῖς νέαις πόλεσι Ἰουδαίους συνήκισ-
 σεν Ἑλλῆσι.

Ἵτι ὁ διαφανῆς λεγόμενος Ἐρασιστρατος ἱατρὸς διέγνω Ἀν- 15
 τίχον τὸν Σελεύκου παῖδα δεινῶς νοσοῦντα διὰ τὸν πρὸς τὴν τοῦ
 πατρὸς γαμετὴν ἔρωτα, θυγατέρα Δημητρίου· ὅθεν Σέλευκος τῷ
 πάθει περιαλγίσας παραχωρεῖ τῷ παιδί Ἀντιόχῳ τῆς γαμετῆς.
 οὗτος Ἀντιόχος ὁ λεγόμενος σωτὴρ ἔσχεν ἐκ τῆς θυγατρὸς Δημη-
 P 167 τρίου, γαμετῆς δὲ Σελεύκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Στρατονίκης ἄρ- 20
 σενά υἱὸν τὸν ἐπικληθέντα Θεόν, ὃς καὶ ἐβασίλευσεν μετ' αὐτὸν
 Συρίας καὶ Ἀσίας ἔτη ιε'.

Ἐν τῷ ρεσπ' ἔτει τοῦ κόσμου Νικομήδης βασιλεὺς Βιθυν-
 νῶν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τὴν Νικομήδειαν ἔκτισε, πρῆμην καλουμέ-

getis filius, annos 29, Cleopatra 8, Ptolemaeus iunior Dionysius 30. Cleopatra huius filia patri successit, collega regni fratre Ptolemaeo, quem illa oborto dissidio necavit, annosque 22 regnum tenuit. sed in temporum supputatione quattuor tantum anni regni huius Cleopatrae numerandi sunt.

Asiae regno primus Antigonus potitus Antigoniam urbem ad Oron-tem fluvium condidit. hanc Seleucus Antiochi pater refecit ac Antiocheam nominavit. haec est Antiochea magna. idem Seleucus condidit etiam Laodiceam Seleuciam Apameam Edessam Berroeam Pellam et Babylonem recepit, inque novis urbibus Iudaeos cum Graecis habitare iussit.

Erasistratus medicus, cognomine Diaphanes, deprehendit Antiochum Seleuci filium graviter aegrotare, quod novercam deperiret, Demetrii filiam. et Seleucus filii morbum aegerrime ferens ei uxorem suam concessit. is Antiochus Seleuci filius ex patris sui coniuge Stratonica, filia Demetrii, filium genuit cognomento deum, qui post ipsum Syriae et Asiae regnum annos 15 tenuit.

Anno mundi 5281 Nicomedes Bithyniae rex Nicomediam urbem de suo nomine condidit, quae ante Astacus fuit dicta. Antiochus Epipha-

την Ἀσρακόν. Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανῆς βασιλεὺς Συρίας τὴν Ἱερουσαλήμ πορθήσας καὶ τὸν ναὸν βεβηλώσας Διὸς Ὀλυμπίου βδέλυγμα ἐν αὐτῷ ἀνεστήλωσε κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείας, ἦγουν τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως.

5 Ὅτι ρο' ἔτη ἐτελεσφόρον Ῥωμαίοις Ἰουδαῖοι ἀπὸ Σελεύκου.

Ἰούλιος Καῖσαρ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς βασιλείας Κλεο- Β
πάτρας ὑπὸ Ῥωμαίων ἀναρρηθεὶς ὑπατος, εἰς τὴν ἀνατολὴν σὺν πολλῇ ἀνελθὼν δυνάμει καὶ πολλοὺς τῶν αὐτόθι τροπωσόμενος
10 καὶ ὑποφόρους καταστήσας, ἰδίους τῶν τόπων καθίστησιν ἐπιμελητής. Ἀντίπατρον μὲν οὖν τὸν Ἀσκαλωνίτην Παλαιστίνης κατέστησε διοικητήν. υἱὸς δὲ ἦν Ἀντίπατρος Ἡρώδου τινός, τῶν ἐν νεωκόροις ἀριθμουμένων καὶ τῶν αὐτόθι τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων. παῖδα δὲ ὄντα ποτὲ τὸν Ἀντίπατρον λησται ἀναρ-
15 πύσαντες Ἰουμαῖοι κατέχον, λύτρα ὑπὲρ αὐτοῦ κομιεῖσθαι ὑπέληφότες· τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ εἰς ἔσχατον πενίας ἐληλακότος ἔμεινε παρὰ τοῖς ἀρπάζουσιν δουλεύων καὶ τοῖς ἐκείνων ἔδειο τρεφόμενος.

Ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ Ἀντίπατρον φαρμάκῳ βασκανίᾳ τῆς C
20 πολλῆς εὐδαιμονίας ὑπὸ Βαλλίχου τινός Ἰουδαίου, διαδέχονται οἱ παῖδες αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, Ἡρώδης καὶ Φωσαίλος. καὶ ὁ μὲν τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Ἱεροσολύμων ἐκληρώσατο γῆν, τὴν δὲ Ἰουδαίαν καὶ Γαλιλαίαν ὁ Ἡρώδης. γυνὸς δὲ ὡς Ὑρκανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλεὺς τὸν τοῦ Δαβὶδ τάφρον ἀνοψίξας τρισχίλια ἔλαβε
25 τάλαντα, ἤνοιξε καὶ αὐτός, καὶ χρήματα μὲν οὐχ εὔρε, κόσμον

nes rex Syriae, Hierosolymis captis ac populatis, templum profanavit, inque eo abominabile Iovis Olympii constituit simulacrum, quod Danieli vaticinio desolationis seu vastitatis abominabile signum dicitur.

Annos a Seleuco 170 Iudaei Romanorum fuerunt tributarii.

Iulius Caesar quarto anno regni Cleopatrae consul creatus cum magno exercitu in Orientem venit, multisque ibi victis et stipendiariis factis suos provinciarum constituit procuratores. ita Antipatrum Ascalonitam praefecit Palaestinae. fuit is filius cuiusdam Herodis, inter aedituos censi et eos qui ibi Apollinis fano inserviant. atque hunc puerum quondam Idumaei praedones rapuerant, spe pro ipsius missione mercedis accipiendae: sed quia pater erat pauperissimus, Antipater apud ipsos servus remansit, ipsorumque moribus institutus est.

Cum Balichus quidam Iudaeus Antipatrum veneno sustulisset, tantam ei felicitatem invidens, filii Antipatri hereditatem regni adierunt, Herodes atque Phaselus, ea lege ut hic Idumaeam et Hierosolymicam sortiretur territorium, ille Iudaeam et Galilaeam. et Herodes cognito Hyrcanum, qui ante ipsum regno fuerat functus, Davidi sepulcro aperto tria talentorum milia abstulisse, ipse quoque sepulcrum id ape-

δὲ χροΐσειον καὶ κειμήλια πολλὰ ἀνείλετο. πειραθέντος δὲ αὐτοῦ ἐνδοτέρῳ χωρεῖν, οὗ τὰ σώματα Δαβὶδ καὶ Σολομῶντος ἐτέθησαν, πῦρ ἐξελθὼν δύο τῶν δορυφόρων κατέφθειρε.

D Γενόμενος δὲ εἰς τὴν Αἴγυπτον Ἰούλιος τῆς Κλεοπάτρας κρατῦνει τὴν ἀρχήν, τῶν ἐπιτιθεμένων ἀναστεύσας τὰς ἐπιβουλὰς. 5 καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ἕπαντα διοικησάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην μοναρχήσας.

Ἵτι ὁ Ἰούλιος μὲν Κυντίλιος ἐλέγετο, μετωνομάσθη δὲ παρὰ Ἀντωνίου διὰ τὸ γεννηθῆναι αὐτῷ Γάϊον Ἰούλιον. ὁ δὲ Σεξτίλιος ἀπὸ Αἰγυόστου Αὔγουστος, ὃ ἐστὶ σεβαστός. 10

Ἵτι κάρμινα παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται τὰ ἔπη καὶ καρμεντία ἢ μαντεία.

P 168 Ἵτι τὴν πρώτην τοῦ μηνὸς Ῥωμαῖοι καλάνδας καλοῦσι· νόνας δὲ καὶ εἰδοῦς ἐπὶ μὲν Ἰανουαρίου καὶ Φεβρουαρίου Ἀπριλλίου τε καὶ Ἰουνίου καὶ Αὔγουστου καὶ Σεπτεμβρίου καὶ Ὀκτωβρίου καὶ Νοεβρίου τὰς μὲν νόνας λέγουσι ἐ τοῦ μηνός, τὰς δὲ εἰδοῦς ἰγ' τοῦ μηνός, ἐπὶ δὲ Μαρτίου καὶ Μαΐου καὶ Ἰουλίου καὶ Δεκεμβρίου τὰς μὲν νόνας τὴν ζ' τοῦ μηνός, τὰς δὲ εἰδοῦς τὴν ιε' τοῦ μηνός. καλάνδας τοίνυν Ἰανουαρίου εὐρίσκων τὴν α' Ἰανουαρίου νομίσαις. ἔτι δὲ πρὸ τριῶν τὴν τρίτην καὶ πρὸ μιᾶς νονητῶν 20 Ἰανουαρίων τὴν δ', διὰ τὸ τὴν ε', ὡς ἔγραψεν, νόναν καλεῖσθαι. μετὰ δὲ τὴν ε' εἰποῖς ἂν πρὸ ἧ' εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἤγουν τῆς ε'

19 καλάνδην P

ruit: sed nihil pecuniae, verum ornamenta aurea et reposita donaria multa repperit atque asportavit. cumque conatus esset interius penetrare, ubi Davidi et Solomonis corpora erant reposita, ignis erupit duosque satellitam interfecit.

Julius cum in Aegyptum venisset, insidiis evitatis quas ipsi adversarii tetenderant, Cleopatrae regnum in suam redegit potestatem, rebusque per Orientem constitutis Romam rediit, solus toti rei publicae imperaturus.

Julius mensis ante Quintilis dicebatur. Iulii nomen ei ab Antonio impositum est ideo quod isto mense C. Iulius natus fuerat. Sextilis ab Augusto Augustus est denominatus.

Carmentae fatidicae mulieri nomen obtigit a vaticiniis, quae carmina Romanis dicuntur.

Primam mensis diem Romani Kalendas appellant, Nonas quintam mensis diem, et Idus decimam tertiam. nisi quod Martii Maii Iulii et Decembris Nonas septima, Idus decima quinta die constituunt. itaque ubi Kalendas Ianuarias leges, primam Ianuarii diem intellige. tertia vocatur a. d. tertium, et quarta pridie Nonas Ianuarii, quia, ut dixi, quinta est Nonis Ianuarii. sextam appellabis a. d. 8 Idus Ianuarii.

τούτου, καὶ πρὸ ἐπτά πάλιν τῆ ζ', καὶ ἕξῃς ὁμοίως, διὰ τὸ τὴν γ' Β' Ἰανουαρίου εἰδοῦς Ἰανουαρίου λέγεσθαι. τὴν δὲ ιδ' τούτου εἰποὶς ἂν πρὸ ιδ' καλυπνῶν Φεβρουαρίου, τὴν δὲ ιε' πρὸ ιη', καὶ ἕξῃς κατὰ τὸν τρόπον, μέχρι τῆς πρώτης Φεβρουαρίου· εἶτα 5 ἕρεις καλάνδας Φεβρουαρίου. εἶτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μηνῶν ὁμοίως.

Ἔτι ὅτι Ῥωμαῖοι κίβους τὴν τροφήν ἐκάλουν· ἕξ οὗ καὶ Ἰανὸν Κιβούλλιον διὰ τὸ εὐωχιαστικὸν καὶ Ἰανὸν Κυρίνον ὡσανεὶ πρόμαχον, καὶ Κορσαῖον ἀντὶ τοῦ ὄδατον καὶ πατρικίον ἀντόχθονα. 10 Δίων δ' Ῥωμαῖος ἀρχαῖόν τινα ἤρωα Ἰανὸν λέγει, διὰ τὴν τοῦ Κρόνου ξένισιν λαβόντα τὴν γνώσιν τῶν μελλόντων καὶ τῶν προῦπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο διπρόσωπον ὑπὸ Ῥωμαίων πλάττεσθαι· C ἕξ οὗ τὸν τε μήνα κληθῆναι Ἰανουάριον, καὶ τὴν τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς γίνεσθαι.

15 Φέβρουαν θείαν τινα καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον. Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ περὶ μηνῶν φεβρουῶν τὸν καταχθόνιον τῆ Θούσκων φωνῆ λέγει. ὁ δὲ Λαβίων ἀπὸ τοῦ πένθους λέγει κληθῆναι τὸν Φεβρουάριον· φέβρους γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ πένθος προσαγορεύεται. κατ' αὐτὸν δὲ τοὺς κατοικο- 20 μένους ἐτίμων, καὶ φεβρουᾶραι τὸ καθᾶραι.

Ἔτι ὅτι τὸν Μάρτεμ οἱ Ῥωμαῖοι μάρτεμ ἐκάλουν οἰονεὶ θύνατον, ἢ κινητὴν τῶν τεχνῶν, ἢ τὸν παρ' ἀρρένων καὶ μόνων τιμώμενον, ἢ ἐκ τοῦ μάρασθαι, κατὰ Φιλόξενον. καλεῖται δὲ Αἰ- D γυπτιαστὶ Ἐρτωσί· τοῦτο δὲ σημαίνει παντὸς γένους ζῳογονίαν

septimam a. d. 7, octavam a. d. 6, et cetera. quia decima tertia dies Idus vocatur. decimam quartam scribes a. d. 19 Kalendas Februarias, decimam quintam a. d. 17 Kalendas Februarias; itaque progredieris usque ad primam Februarii diem, quae nominatur Kalendae Februarii. eodemque modo de reliquis mensibus iudicabis.

A cibo Ianus Romanis Cibullius est dictus, quia convivia iuvat. est et Ianus Quirinus dictus veluti propugnator, et Consaeus quasi itinerarius, et Patricius ut indigena. Dio Romanus antiquum quendam heroem nomine Ianum ait, eo quod Saturno hospitium praebuisset, praeteritum ac futurorum notitia fuisse praeditum. ideo eum a Romanis bifrontem pingi. mensem ab eo Ianuarium dictum, eumque anni principium esse.

Februam deam quandam piacularem Romani crediderunt esse. Anysius libro de mensibus Etrusca lingua februm appellari ait eum qui est apud inferos. Labeo Februarium a dolore dictum autumat, quia februs Romanis dolor dicatur. eo mense defunctos honorabant. februario porro est purgare.

Marti nomen Romani imposuerunt a morte, aut quod artium sit motor, aut quod a solis maribus colatur. aut a μάρασθαι, pugnando, secundum Philoxenum. lingua Aegyptia vocatur Ἐρτωσί, quod vocabu-

καὶ πάσης οὐσίας καὶ ὕλης, κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν διατακτικὴν ζωογονικὴν.

Ἵτι κέρδος ἢ ἐπικαιρος δόσις λέγεται, μιλιαρίσιον δὲ ἀπὸ τῆς μιλιτίας ἤγουν στρατείας· ὃ γὰρ Σκιπίων δι' ἔνδειαν χρυσίου τοῖς στρατιώταις τὰ μιλιαρίσιον κατασκευάσας ἐπιδέδωκεν, 5 Ἄννιβου τοῖς πράγμασιν ἐπικειμένον.

Ἵτι δηλότορος τοὺς διαβόλους καὶ συκοφάντας καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

Ἵτι σπαθῆριος ὁ σωματοφύλαξ ἐστίν, ὄρατιων ἢ προσφώνησις, καὶ φυνρικήσιοι οἱ τῶν ὄπλων δημιουργοί. 10

P 169 Ἵτι Ῥωμαῖοι τὰς σώφρονους γυναῖκας ματρῶνας ἐκάλουν, οἱ δὲ Ἕλληνες οἰκοδεσποῖνας. αἱ τοσοῦτον τῆς αἰδοῦς ἐφρόντιζον ὡς μηδὲ ταῖς πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὁμιλεῖν, ἀλλὰ τόπους τινὰς ἡσυχίους ἐν τοῖς βαλανείοις ἔξω τοῦ πλήθους ἑαυταῖς ἀφορίζεν, οὓς ἔτι καὶ νῦν ματρωνίγια καλοῦσιν. 15

Ἵτι σώφρονες Ἕλλήνων οὗτοι, Βελλεροφόντης Σθενεβοίας καὶ Τεῖλης Ἀλφεισιβοίας καὶ Πηλεὺς Ἀστυδαμείας καὶ Ἰππόλυτος Φαίδρας.

Ἵτι ἢ ἀὐὰ παρὰ Χαλδαίοις ἐρμηνεύεται φῶς νοητὸν τῇ Φοινίκων γλώσσει· καὶ Σαβαὼθ δὲ ὃ ὑπὲρ τοὺς ἑπτὰ πόλους, τουτί-20 στιν ὁ δημιουργὸς Θεός.

Ἵτι νέα ἢ πρώτη τοῦ μηνὸς παρὰ Ἀττικοῖς, ἔννη δὲ ἡ τελευταία. καλάνδη ἢ νεομηνία, ἀπὸ τοῦ καλεῖν ἐν αὐτῇ τὸν ἱερέα

lum omnis generis procreationem vitalem designat, vimque omnis naturae et materiae permutatricem ac vivificam.

Kerdos, Latine lucrum, id quod datur ad tempus, dicitur. miliarisia autem a militia: Scipio enim auro destitutus, et urgente Annibale, militibus ea paravit atque distribuit.

Delatores quos Romani vocant, ii Graecis sunt diaboli et sycophantae.

Spatharius Romanis est corporis custos. oratio compellatio. fabricenses armorum opifices.

Romani pudicas mulieres matronas appellant, Graeci dominas familias. eae tantopere verecundiae studebant ut ne conversarentur quidem cum vulgaribus mulieribus, sed in balneis extra multitudinem sibi quieta quaedam deligerent loca, quae etiamnum Matronalia dicuntur.

De Graecis casti fuerunt Bellerophonés, qui Stheneboea, Tenes, qui Alpheisiboea, Peleus, qui Astydamea, et Hippolytus, qui Phaedra abstinuit.

Αο apud Chaldaeos interpretatum est lumen, quod mente percipitur, lingua Phoenicum: Sabaoth autem is qui est supra septem caelos, nimirum opifex.

Απὸ Ἀττικοῦ prima mensis dies Nea, id est nova, appellatur, et ultima Ente, quasi tacita. novilunium Kalendae usurpatur, a calando

τὸν δῆμον καὶ κηρύττειν τὴν ἡμέραν τῆς νόνης, ἕξ ἧς ἐδηλοῦτο **B**
 ἢ μεσομηνία, ἣν αὐτοὶ πατριῶς εἰδοῦς προσαγορεύουσιν. ἰστέον
 ὅτι Μάρτιος καὶ Μάϊος καὶ Ἰούλιος καὶ Ὀκτώβριος ἐβδομιαίας
 ἔχουσι τὰς νόνας καὶ πεντεκαιδεκαταίας τὰς εἰδοῦς, οἱ δὲ λοιποὶ
 5 πεμπταίας τὰς νόνας, καὶ τρισκαιδεκαταίας τὰς εἰδοῦς.

Φουρτόνα παρὰ Ῥωμαίοις ἢ εὐδαιμονία.

Ὅτι ἡ δεκάς δεχὺς προσαγορεύεται ὡς δεκτικὴ τοῦ ἀπείρου.
 ἢ αὐτὴ καὶ κλαδοῦχος, διότι ἕξ αὐτῆς οἱ ἀριθμοὶ πάντες ὡς κλάδοι
 τινὲς φύονται.

10 Σπόρτα παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἢ σπυρίς, ἢ καὶ φύσκος καλεῖται·
 κἂν διαφέρωσι τῷ φύσκον μὲν καλεῖσθαι τὴν ῥαβδωτὴν πλεκτά-
 νην, σπόρταν δὲ τὴν φλοιώδη. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα κατασκευὴ **C**
 σπυρίδος, ἀντὶ πῖλον τῇ κεφαλῇ τιθιμένη· καλεῖται δὲ παρ' Ἰτα-
 λοῖς κάμελα, ἕξ οὗ καὶ καμελαύκια.

15 Μαιπάριον τοῖς Ῥωμαίοις ἔδουξε καλεῖν ἕξ αἰτίας τοιαύτης.
 ἕθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ
 παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χεροῖν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μύππυ
 πατριῶς καλοῦσιν, ἕξ οὗ καὶ μανδύλια, ἔρριπτον· ὅπερ ὑποδε-
 χόμενος ὁ λεγόμενος μαιπάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύασεν. οὐ
 20 πλέον δὲ τῶν ἐπτὰ κύκλων, οὓς σπάτια οἰονεὶ στάδια καὶ μίσους
 ἀντὶ τοῦ ἄθλους, περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὄβελόν καλοῦσι,
 διεπληκτίζοντο οἱ ἀγνωστὰ διὰ τὸ τοσοῦτους εἶναι τοὺς τῶν πλυ-

12 ἰσπόρτι P, et supra ἰσπόρτα

seu vocando, Graeca origine: tunc enim pontifex convocato populo No-
 narum diem patefecit, quae mensis medium indicat; quod ipsi patria
 lingua Idus nominant. observandum est Martium Maium Iulium et
 Octobrem suas Nonas septima, Idus 15 die habere: ceteri has decimo
 tertio, illas quinto habent.

Fortuna Romanis est quae Graecis εὐδαιμονία.

Denarius apud Graecos dechas a recipiendo dicitur, quod capax sit
 infiniti. eadem daduchos dicitur quasi ramos in se recipiens, quod ex
 ea omnes numeri tanquam rami pullulant.

Sporta corbis et fiscella apud Romanos fere idem significant, diffe-
 runt tamen: fiscella quippe dicitur quae est ex virgis contexta, sporta,
 quae ex subere. est et aliud genus sportae quae pilei loco capiti impo-
 nitur, Italis camela dicta; unde et Camelaucia.

Mappulae nomen Romanis tali de causa usurpatur. mos erat ut
 consules in theatro epularentur, ac postquam saturati convivio erant,
 mantile quod manibus tenebant, quod et mappa dicitur, proicerent,
 idque is qui ab ea re mapparius dicitur, arripiens certamen adornabat.
 qui autem curribus certabant, non amplius septem gyris seu spatiis
 (seu missos, id est praemia, vocare velis) circa metam sive obelum

D νήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ διὰ τὸ μέχρις αὐτῆς διήκειν τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κατὰ τὸ λόγιον.

Ὅτι βιζιλατίωνες οἱ Ῥωμαίων ἱππεῖς, καὶ βιζίλα παραπετάσματα ἐκ πορφύρας καὶ χρυσοῦ εἰς τετράγωνον σχῆμα πεποιημένα· ταῦτα ἑξαριτώντες ἐπὶ μακρῶν δοράτων, κύκλω παραπορευόμενοι τῶν βασιλέων κατασκέπτουσιν αὐτούς. εἰεν δ' ἂν τὰ λεγόμενα φλάμουλα.

Ἡ παρ' Ἑλλήσιν ὀπή πλίνθος λατέροкулον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' οὗ τὰ τε τῶν βουλευτῶν **10** καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγράφετο ἐπὶ τέλους εἰς τετράγωνον σχῆμα τύπος τις καὶ γραμμὴ πλίνθος. **P 170** τίτλον καὶ αὐτὴν τινες ὀνομάζουσιν, οὐκ εἰδότες ὡς τίτλος κυρίου ἢ προσγραφὴ τῶν ἀξιωματίων λέγεται, οὐ μὴν ἡ τετράγωνος γραμμή. **15**

Λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ματρίκιον τὸ πλατὺ ξύλον καὶ παχύ· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ξύλοις καὶ φλοιοῖς καὶ φιλυρήνοις πίναξι προσγράφοις ἐκέχρητο. ἔστι δὲ καὶ σπιγὶς φιλυρήνη, ἐφ' ἧς τὰ ῥήματα τῆς ἐλευθερίας εἴωθε γράφεσθαι. τιλίη δὲ παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἢ φιλύρα τὸ ξύλον· ὅθεν κῶδιξ τὸ βιβλίον. κῶδιξ δὲ **20** κυρίως ὁ φιτρὸς παρ' αὐτοῖς καλεῖται, καὶ λίβερ τὸ βιβλίον. λίβερ δὲ ὁ φλοιός ἐστι κυρίως· ταῦτα καὶ ματρίκιον. καὶ ματρίκαριους τοὺς ξυλουργοὺς καλοῦσι.

B Τρισώμιτον τὸν Γηρύνην φασὶν οὐχ ὅτι τοσοῦτοις ἐχρή-

conficiebant, quia totidem sunt planetarum orbes, quos Chaldaei firmamenta nominant, extra lunae orbem, ad quem usque repurgamenta elementarium rerum pertingunt, iuxta oraculum.

Romani equites appellantur Bexillationes. et vexilla vela sunt quadrangula forma, ex auro et purpura contexta. ea longis contis suspensa circa regem gestant, eumque ita tegunt. sunt autem forte ea quae et flammula dicuntur.

Plinthon Graeci vocant laterem coctum. erat autem plinthus quaedam publica, in qua senatorum ac legionum nomina inscribentur quadrata figura. in muro plinthus erat. quidam titulum appellant, cum titulus non sit quadrangula figura, sed dignitatum praescriptio.

A Romanis crassum et latum lignum matrix dicitur. antiqui enim in ligno, corticibus ac e libro tiliacae confectis tabulis scribebant. est et tabula tiliacea, in quam verba libertatis solebant inscribi: Graece tilia est phillyra. liber et codex idem habentur: proprie autem codex truncum significat, liber corticem. eadem matricula nuncupatur; et matricarii, qui ligna conficiunt.

Geryonem tricorporum perhibent fuisse, non quod tribus fuerit

σατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνε-
μάχουν αὐτῷ.

Ἔστι Ῥωμαῖοι τὰ δίδυγα ἄρματα βίγας ἐκάλουν, ἐξ ἧν καὶ
βιγάριοι. Αὐτίλους τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἐλ-
5 ληνίζοντας καλοῦσιν. δεκανοὺς τοὺς ῥαβδούχους.

Ἔστι τὰ λεγόμενα ἐπτὰ θεάματα ἐστὶ ταῦτα·

κενὸν φρύγμα τῶν πάλαι πυραμίδες,
Αἴγυπτος ὡσπερ εἶχε κόμπον ἢ πλάνος,
καὶ πύργος ἄστροις ἐξισοῦμενος Φάρου.

10 μέγας κολοσσὸς ὁ θρυλούμενος Ῥόδου,
καὶ τύμβος ἐξάκουστος ὁ τοῦ Μανσώλου,
καὶ Κυζικίου φέριστος ἀρραγῆς δόμος.
τῆς Ἀρτεμίδος τῆς Ἐφεσίου δόμος,
τὸν ὄνπερ ἐξήγειρεν Ἀρτεμισία

15 ἢ Μανσώλου τύλαινα σύζυγος πάλαι.
καὶ τὸ θέατρον Λυκίας τῆς τῶν Μύρων,
ὅπερ κατεσπάρυξεν Ἰσμαῆλ γόνος.

καὶ Ῥουφίφον ἄλλος ἐν τῷ Περγάμῳ,
οὐπερ τὸ κάλλος πῦσαν ἔδραμε χθόνα.

20 Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐβασίλευσεν ἔτη δ' μῆνας ζ'. Καῖσαρ D
δὲ ἐπεκλήθη, ὃ λέγεται ἀνατομή, ὅτι θανούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ
ἐν τῷ ἐννῶτῳ μηνὶ ταύτην ἀνατεμόντες ἐξήγαγον αὐτόν. οὗτος

praeditus corporibus, sed quia tres in Oceano insulae suppetias ipsi
ferebant.

Bigae Romanis appellantur currus biingi: inde bigarii dicti. iidem
Latinos suos incolas, Hellenes Graecos nominant; et decanos, quos
alias lictores.

Septem spectacula haec sunt:

priscorum inanis pyramides superbia,
iactavit Aegyptus quibus se callida.
Phariaeque turris astra tangens summitas.
magnus colossus ille, celebris in Rhodo,
tumulusque Mausoli exauditus omnibus,
et Cyzici domus ruinae nescia,
aedes Dianae nobilisque apud Ephesum,
cuius perhibetur auctor Artemisia:
Mausolus olim coniugem hanc miseram habuit.
Lyciae theatrum in urbe conditum Myris,
quod Ismaeli stirps adaequavit solo.
Rufiniusque dictus lucus Pergami,
cuius per orbem pulchritudo cognita est.

Caius Julius Caesar regnavit annos quattuor menses septem. Caesar
autem ab eo dictus est quod caeso matris utero natus esset. dictus est

καὶ δικτάτωρ ἐκλήθη, ὃ ἐστὶ μονάρχης· δικτάτωρ δέ ἐστιν ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος. τούτῳ ἐτέχθη ἵππος ἀντὶ ὀπλῆς χηλὰς ἔχων καὶ μηδένα ἕτερον ἀναβάτην δεχόμενος ἢ αὐτόν, ὡς Βουκέφαλος τὸν Ἀλέξανδρον. οὗτος νέος ὢν ἔδοξεν ἐν τοῖς ὑπνοῖς συνοουσιάζειν τῇ ἰδίᾳ μητρὶ. 5

Ἐπιπέδῳ Ἰούλιος, ὡς φησὶ Πλούταρχος, μεγίστοις P 171 ἀγῶσι Γερμανοὺς καὶ Γάλλους καὶ Βρεττανοὺς χειρωσάμενος, ὑποφόρους τοῖς Ῥωμαίοις πεντακοσίας πόλεις οἰκουμένης κατεστήσατο.

Ἐπιπέδῳ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ ἐν τῇ νυκτὶ μεθ' ἣν ἐσφάγη, ἔδοξεν 10 ὄραν τὴν οἰκίαν Καίσαρος συμπεπτωκένας, καὶ αὐτὸν κατατετραμμένον καὶ αἵματι περιρροούμενον ἐμπεσεῖν τοῖς κόλποις αὐτῆς. τούτῳ μέλλοντι τὴν αὔλιον ἐξελεθεῖν θύραν ἀπεροχόμενος ἐπὶ τὸ βουλευτήριον εἰκὼν αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐφεσιῶσα τῷ προθύρῳ αὐτομάτως κατέπεσε. καὶ πρὸς τούτοις χάριτην αὐτῷ τις ἐπιδέ- 15 ὄκε πᾶσαν τὴν κατ' αὐτοῦ μελετωμένην ἐπιβουλὴν ἔχοντα. καὶ νομίσεις ἄλλο τι εἶναι οὐκ ἐνέτυχεν, ἀλλὰ δεδωκὼς ἐτέρῳ φυλάττειν ἐσφάγη ὑπὸ Βρούτου καὶ Κασίου ἐν τῷ βουλευτη- B ρίῳ, χρόνων ὑπάρχων νε'. κληρονόμον δὲ καὶ θετὸν υἱὸν κατέλειπεν Ὀκτάβιον τὸν υἱὸν Ἰουλίας τῆς Ἰδίας ἀδελφῆς, ἔτος 20 ἄγοντα ιε'.

Ὀκτάβιος Ἀύγουστος Καῖσαρ, ὃ ἀνεμίδος Ἰουλίας, ἐβασίλευσεν ἔτη νε'. ἀφ' οὗ Ἀύγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς καὶ ὃ μὴν Ἀύγουστος ἐκλήθη, ὃ ἐστὶ σεβαστός, Σεξτίλιος πρὶν ὄνομα-

etiam dictator, quasi penes quem unum omnis esset potestas: est autem dictatura magistratus nullius legibus subiectus. Caesari natus fuit equus ungulas habens fissas, nullumque alium sessorem admittens, sicuti Buccephalus solum recepit Alexandrum. is adhuc iuvenis per quietem imaginatus est se cum matre sua coire.

Idem, ut Plutarchus scribit, maximis praeliis Germanos Gallos et Britannos domuit, urbesque hominibus frequentes quingentas Romanis stipendiarias redegit.

Ea nocte quae caedem ipsius praecessit, uxor per insomnium vidit domum mariti sui Caesaris corruere, ipsumque multis confectum vulneribus ac cruentum in suum collabi gremium. et cum ipse in curiam iturus ianua atrii exiret, imago eius quae in vestibulo stabat sponte sua decidit. praeterea chartam ei quidam exhibuit, in qua omnes quae ei parabantur erant indicatae insidiae; quam ille de alia re existimans esse non legit, sed alii servandam dedit. ipse in curia est a Bruto et Cassio occisus, annos natus 56. adoptavit et heredem constituit Octavium, filium Iuliae sororis suae, annum agentem 16.

Octavius Augustus Caesar, sorore Iulia natus, annos regnavit 56. ab hoc Romanorum reges et mensis Sextilis Augusti nomen habent.

ζόμενος. ἐν τῇ νυκτὶ δὲ ἦ ἐγεννήθη, εἶδεν αὐτοῦ ὁ πατὴρ καθ' ὕπνου ἐκ τῶν κόλπων τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ εἶδεν ὡς τὰ σπλάγγνα αὐτῆς ἐξυρπαγέντα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεφέρετο. καὶ ὅτι Νιγίδιος βουλευτὴς ἀστρολόγος 5 βραδὺ προελθόντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἠρώτησε τὴν αἰτίαν, ὃ δὲ ἔφη υἱὸν αὐτῷ τετέχθαι, κἀκείνος ἀνεβόησεν “ὦ τί ἐποίησας; C δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας.” ὅτι τρεφομένου αὐτοῦ ἐν ἄργῳ καταπτὰς αἰτὸς τὸν ἄρτον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀφείλετο, καὶ ἐπανελθὼν πάλιν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ τοῦτον κατέθετο. ὅτι ἐν παι- 10 σὶν αὐτοῦ τελοῦντος Κικέρων αὐτὸν [ὁ Ὀκτάβιος] ἐν ὀνείροις ἐθεάσατο χρυσῇ ἀλύσει δεδεμένον καὶ μύστιγα κρατοῦντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ χυλασθῆναι εἰς τὸ Καπιτώλιον. ὅτι ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ κεραινοῦς εἰς τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἔμπροσθεν τὸ πρῶτον γράμμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἠφάνισεν, ὡς τοὺς μάντιες εἰπεῖν ὅτι τεθνήξεται. 15 συγκαλέσας δὲ τοὺς βουλευτὰς εἶπε “πηλίνην παραλαβὼν τὴν Ῥώμην λιθίνην ὑμῖν αὐτὴν καταλλοίπα” διὰ τὸ περιὸν τῆς δυνάμειως. ἐν τῷ Σεξτίλιῳ δὲ μηνὶ γενόμενος ὕπατος καὶ πολλὰς νίκας D νικήσας, ἐν τούτῳ καὶ τελευτᾷ· διὸ καὶ Σεξτίλιος αὐτὸς πάλιν ἐλέγετο διὰ τὸ τὸν Σεξτίλιον μῆνα ἐπονομασθῆναι Αὔγουστον. 20 ἡγαπᾶτο δὲ ἐπ' αὐτοῦ Μαικήνας ἀνὴρ σοφός, ὃς καὶ πρῶτος τὰ σημεῖα ἐφεῦρεν. ὃς ποτε δικάζοντος τοῦ Καίσαρος καὶ πολλῶν θάνατον καταψηφισαμένου, μὴ δυνάμενος διὰ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ . . . αὐτοῦ, ἔγραψεν “ἀνάστα δῆμιε,” καὶ σημηνάμενος

7 στρεφομένου P

qua nocte natus est, pater insomnia opinatus est ex sinu uxoris suae solem oriri, mater autem imaginata est viscera sua sibi extracta in caelum ferri. Nigidius senator astrologus patrem eius interrogavit cur tam tarde domo prodisset, cumque is responderet filium sibi natum esse, exclamavit Nigidius “o quid egisti? dominum nobis genuisti.” cum rure ageret Octavius, aquila devolans panem ei de manibus rapuit, ac reversa eum rursus in manus deposuit. cum adhuc puer esset, Cicero per insomnia vidit eum flagellum tenentem e caelo aurea catena in Capitolium demitti. sub exitum eius fulmine tacta est ipsius imago et prima nominis litera abolita: inde arioli pronuntiarunt non multo post moriturum. convocato senatu dixit se Romam ex luto conditam accepisse, ceterum eam ipsis lapideam relinquere, potentiae magnitudinem innuens. Sextili mense consul creatus, diversis annis eodem mense multas victorias obtinuit, eodemque mortuus est; itaque ei mensi est nomen Augusti impositum. carus ei fuit Maecenas, vir sapiens; qui et primus rationem per notas scribendi repperit. is, cum quodam die Caesar ius diceret multosque capite damnaret, neque ipse ad eum prae turba hominum accedere posset, in scheda scripsit “surge carnifex,”

ἔρραφεν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ· ὅπερ ἀναγνοὺς ὁ Καῖσαρ ἀνίστη, κελεύσας ἀργῆσαι τὰ χρυθέντα πύρ' αὐτοῦ. ὅτι πάνυ ἦν τῶν
P 172 φίλων θεραπευτικός. τινὸς γὰρ τῶν συστρατευομένων αὐτῷ δεη-
 θέντος τῆς εἰς τὸ βουλευτήριον αὐτοῦ παρουσίας, εἰπεῖν αὐτὸν μὲν
 ἀσχολεῖσθαι, ἐπιτρέψαι δέ τινα τῶν φίλων πυραγενέσθαι καὶ τὴν **5**
 χρεῖαν πληρῶσαι. ὃς ὀργισθεὶς ἔφη “ἐγὼ ὁσάκις τῆς ἐμῆς ἐπι-
 κουρίας ἰδεθήθης, οὐκ ἄλλον ἀντ' ἐμοῦ ἔπεμψα.” καὶ ἐρυθριά-
 σαι ὁ Καῖσαρ καὶ συναπῆλθε καὶ συνέπραξεν.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Ἀγούστου Καίσαρος εἰσῆλθε πλοῖον
 ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν πόρταν Ῥώμης, ἐπιφερόμενον σίτου **10**
 μοδίων χιλιάδας ὕ', ἐπιβάτας ας', ναύτας σ', πέπερι, ὀθόνας,
B χάριτην, ἕλεια, καὶ τὸν μέγαν ὀβελίσκον μετὰ τοῦ βασιλέως,
 αὐτὸν τε ἐστῶτα ἐν τῷ μεγάλῳ ἵππικῷ, ἔχοντι ἕψος πόδους πῖ
 ἡμισυν.

Ἐίχε δὲ καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέυ σοφώτατον πάνυ. **15**
 ἦν δὲ Καῖσαρ μανιώδης αἰεὶ περὶ τὰς τῶν ἀλλοτρίων γυναικας,
 ὡς καὶ αὐτοὺς ἐξυπηρετεῖν τῷ μιάσματι. ἦν γὰρ ἤρκετό τις
 τῶν βουλευτῶν πρὸς αὐτὸν ὠραίαν ἔχων γυναῖκα, ἐπέμπε πρὸς
 τοῦτον τὸν οἰκεῖον δακτύλιον, καὶ ἤξιον ἐμβαλεῖν τὴν γαιμετὴν ἐν
 καυσιπέτῳ φορεῖω καὶ καυσισημάνουσθαι, καὶ αὐθις τὸν δακτύλιον **20**
 ἀντιπέμψασθαι· καὶ οὕτω δεχόμενος τὴν γυναῖκα ἐν τῷ φορεῖῳ
 ἀσελαίνων ἐσφράγιζε καὶ ἀντιπέστρεφεν. ὅπερ γέγονέ τινα, ὃς

10 εἰς τὸν πόρτον Meursins

19 ἐμβαλεῖν P

eamque signatam in gremium eius coniecit. ea lecta Caesar surrexit, iussitque sententiarum latorum a se executionem differri. erat autem in amicos admodum officiosus. cum quidam cuius militiae erat Caesar usus opera, ab eo peteret ut sui in quadam re iuvandi gratia in curiam veniret, Caesarque se occupatum esse, sed misso amico eius necessitati subservitutum responderet, succensens alter “ego” inquit, “quoties tu auxilium meum requirebas, non alium meo loco misi.” ita Caesar verecundia motus una abiit, eique in causa sua agenda adfuit.

Augusto imperante navis Alexandrina in portum Romae est advecta, quadringenta modiorum frumenti milia adferens, classarios 1200, nau-
 tas 200, tum piper, lintea, chartas, vitra, magnumque obeliscum et
 imperatorem collocatum in magno circo, altum pedes 87 s.

Habuit etiam Athenodorum Alexandrinum, sapientissimum virum. insano alienarum uxorum amori indulgebat Caesar; adeoque ipsi flagitio eius mariti inserviebant. cum enim aliquis senatorum ad eum veniret, cui uxor esset formosa, ad hunc Caesar misit suum anulum, postula-
 vitque ut uxorem in lectica ad se mitteret aperta obsignataque et una
 anulum remitteret; itaque mulierem in lectica accipiens, expleta libi-
 dine eam obsignatam marito remittebat. petierat aliquando id ipsum a

μὴ τολμήσας ἀντιπεῖν ἀπωδύρετο τὸ δυστύχημα. οἷς ἐπιστάς C
 Ἀθηνόδωρος κλαίοισι, καὶ τὴν αἰτίαν μαθὼν, ἑαυτὸν ἤτησεν
 ἱμβυλεῖν τῷ φορεῖῳ καὶ κατασημηναμένους ἀποστεῖλαι, γυμνὸν
 ξίφος ἐπιγερόμενον. οὗ ἀπαχθέντος ἐδόκει Καῖσαρ τὴν γυναικὰ
 5 εἶναι τοῦ συγκλητικῆς, καὶ ἀνοξάντος τὰς θύρας ἐξέθρε ξιφίρης
 Ἀθηνόδωρος καὶ πάνυ κατέπτηξε τῷ ἀδρόν τὸν Καῖσαρα. καὶ
 δεδιότα αὐτὸν ἀνεκτίησεν, καὶ τοῖς μεγίστοις κατέδωκεν ὄρκους
 μηδέποτε τοῦτο πρᾶξαι. ὃν τοσοῦτον ἀπέδεδυτο ὡς τὴν σύγκλη-
 10 δὲ καὶ τοῦτο, ὡς κακὸν βίον ἐσχηκὼς ὑπὸ Ἀθηνόδωρον ἐπαρω-
 θώθη. γηρώσας δὲ ὁ Ἀθηνόδωρος ἤτησεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν πα- D
 τριδα· ἔλεγε γὰρ ὡς τέλειος εἴη ὁ Καῖσαρ κατὰ πῦσαν φιλοσοφίαν
 καὶ πρᾶξιν. ὁ δὲ μόλις ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν ἀναχώρησιν. ὡς δὲ
 μέλλων ἀπαίρειν ἠσπάζετο αὐτόν, καὶ ἐπικύψας εἰς τὸ οὖς παρε-
 15 κάλει ἴν' ὁσάκις θροισθῆ, μὴ πρότερον κελύσῃ τὸ πρακτέον,
 πρὶν ἂν καθ' ἑαυτὸν ἀριθμήσῃ τὰ κδ' στοιχεῖα· ἥδει γὰρ αὐτοῦ
 τὸ ὀξύθυμον καὶ εὐμετέβλητον. ὁ δὲ Καῖσαρ αἰσθόμενος ἔφη
 "ἔγχε, ὑπέμνησάς με ὡς ἀτελής εἰμι καὶ τῆς σῆς διδασκαλίας
 20 δεόμενος. διὰ τοῦτο οὐδ' συγχωρήσω σοι τῆς ἐνεγκαμένης τῆς
 ἐπιβῆναι."

Τούτου τῷ δευτέρῳ ἔτι αἱ ἴνδικτοι ἐπενοήθησαν καὶ τὸ P 173
 βλοῖζτον, καὶ νόμους ἐξέθετο πολιτικούς. καὶ Βιργίλιος παρὰ
 Ῥωμαίοις ἐγνωρίζετο ποιητής. ἐπὶ τούτου καὶ Ἰούδαν τὸν Γαλι-

quodam Caesar; qui cum recusare non auderet, suam calamitatem de-
 plorabat. Athenodorus cum in plorantes incidisset, causa cognita, se
 cum stricto gladio in lecticam abdi itaque obsignata ea ad Caesarem
 mitti iussit. Caesar cum senatoris uxorem sibi allatam putans ianuam
 lecticae aperuisset, exsiluit gladium strictum tenens Athenodorus, subito-
 que visus admodum perterruit Caesarem, metuentemque sibi confirma-
 vit rursum, iuramentoque adegit promittere nihil se in posterum tale
 acturum. id adeo gratum Caesari fuit, ut convocato senatu Athenodo-
 rum multis verbis laudaverit; addideritque se, cum turpem ageret vi-
 tam, ab eo fuisse correctum. iam gravis aetate Athenodorus in patriam
 redeundi veniam petit, quod iam perfectam rerum cognitionem et agendi
 rationem Caesar esset consecutus. cum aegre veniam impetrasset, ul-
 timo digressu valedicens Caesari in aurem insurravit, hortans ut quo-
 ties ira commoveretur, non ante agi quicquam mandaret quam apud sese
 24 vocabulorum elementa enumerasset: norat enim animum Caesaris
 subita ira exardescere, et facile mutari. tum Caesar "bene" inquit
 "habet commonuisti me quod nondum sim perfectus. itaque nondum
 patiar te in patriam redire."

Anno Augusti 2 indictiones institutae sunt et bisextus, legesque ab
 eo civiles propositae. tunc etiam Romae Virgilius poeta innotuit. sub

λαῶν τὸν ἐν ταῖς πράξεσιν ἐμπερόμενον ἱστοροῦσιν ἰηγήσθαι, καὶ Ἀντίπατρον τὸν Ἡρώδου πατέρα τῆς Ἰουδαίας βασιλέα καταστῆναι ὑπὸ Ῥωμαίων.

Ἀντώνιος δὲ ὁ στρατηγὸς καὶ ὕπατος Ῥωμαίων, ὡς φησι Δίων ὁ Κόκκειος, ἀνελὼν Βρούτιον καὶ Κάσιον τοὺς φρονετὰς 5 Ἰουλίου Καίσαρος, τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν ἦλθεν ἐν Συρίᾳ. ἔρωτι δὲ βληθεὶς Κλεοπάτρας ἀντήρην Αὐγούστῳ Καίσαρι· ὄφεν ἐπαγελεῖν εἰς Ῥώμην οὐκ ἐγνώκει ὡς λόγον ἀποδώσων. οὗτος ὁ Ἀντώνιος μετὰ Κλεοπάτρας Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἀνταρ-
B σίαν βουλευσάμενος προσέλασε τὸν Ἀλεξανδρείας τῆς πόλεως καὶ 10 Φάρον τῆς νήσου μεταξὺ διακείμενον θαλάσσιον πορθμὸν, ὡπεὶ τέσσαρα μίλια ἔχοντα διώστημα. τοῦτον οὖν τὸν πορθμὸν χειρὶ πολλῇ καὶ σπουδῇ καὶ δαπάνῃ, Δεξιοφάνους μηχανικοῦ τοῦ ἔργου προηγουμένου, συντελέσαντες ἤπειρον καὶ βατὸν εἶναι παρεσκευάσαν ἄβατον ὄντα τὸ πρότερον, καὶ ἀκωλύτως ἐξεῖναι πρὸς τὴν 15 Φάρον διαβαίνειν.

Τούτου τῷ ἰδ' ἔτει Αὐγούστου δὲ Καίσαρος μβ' ἔτει τῆς μοναρχίας αὐτοῦ, τίκεται Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. ἔτος τοῦτο κτίσεως κόσμου κατὰ τὰς ἀκριβεστέραις ἀναγραφὰς ρεζ', μηνὶ C Δεκεμβρίῳ κέ', ἡμέρᾳ δ'. κύκλος ἡλίου ὀκτωκαιδέκατος, καὶ σε- 20 λήνης κύκλος ιε'. εἶτα γινῶναι τὴν ἡμέραν βουλόμενοι καθ' ἣν ἐτέχθη Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, τίθειμεν τὰς κατὰ τὸ παρὸν ἔτος δ' ἐπακτὰς τοῦ ἡλίου, καὶ ταύταις προστίθειμεν τὰς ἀπὸ ἀρχῆς τοῦ πρώτου μηνὸς ἡμέρας, Ἀπριλλίου λ', Μαΐου λα',

eo etiam Iudam Galilaeum, cuius est in Actis mentio, ferunt seditionem movisse, et Antipatrum, Herodis patrem, Iudaeae regem a Romanis factum.

Antonius autem consul et imperator Romanus, uti Dio Cocceius scribit, Bruto et Cassio, qui Caesarem Iulium necaverant, interfectis exercitus recreandi causa in Syriam venit. inde Cleopatrae amore captus Augusto Caesari se opposuit, Romamque redire, ne causam dicere opus haberet, posthabuit. hic Antonius cum Cleopatra Alexandriae et Aegypti regina inuito consilio, Dexiophane mechanico ei operi praefecto, magnae hominum multitudinis opera multoque labore et impendio usus, maris fretum quod urbem Alexandriam et pharum insulam interfluebat quattuor miliarium latitudine, ingesta materia siccavit, fecitque ut tanquam per continentem liber esset ex urbe Pharum aditus.

Huius Cleopatrae decimo quarto, Augusti autem Caesaris regni 42 anno, Christus dominus noster natus est (fuit is annus mundi, secundum accuratiores annales, 5506) mensis Decembris die 25, feria quarta. cyclos solis erat 18, lunae 15. cum ergo diem volumus explorare qua Christus verus noster deus natus est, anni praesentis quattuor solis epactas ponimus, hisque addimus dies quae sunt ab initio primi mensis,

Ἰουνίου λ', Ἰουλίου λα', Ἀυγούστου λα', Σεπτεμβρίου λ', Ὀκτωβρίου λα', Νοεμβρίου λ', Δεκεμβρίου κέ, ὁμοῦ σζά. ταύτας ὑφέλε ἐπὶ τῶν ἐπτὰ οὕτως· ἐπτάκις μ' σπ'· ιά' ζ'· λοιπαὶ δ'. ἔγνωμεν οὖν ὡς καθ' ἣν ἡμέραν ἐδημιούργησε τοὺς φωστῆρας, 5 κατ' αὐτὴν ἐτέλεθ' Ἰησοῦς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ὡς ὑπάρχων ἥλιος δικαιοσύνης.

Τῷ ιε' ἔτει Τιβερίου Καίσαρος βαπτίζεται ὑπὸ Ἰωάννου, D ἰνδικτιῶνι πρώτῃ, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, τῇ ιγ' ἡμέρᾳ τοῦ λα' ἔτους αὐτοῦ, ε' τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. ἐν τῷ εφς' ἔτει τοίνυν 10 τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἐγενήθη Ἰησοῦς ὁ Θεὸς ἡμῶν. ἐν δὲ τῷ παρόντι, εφλς' ἔτει ἐβαπτίσθη, καθὼς λέλεκται. μετὰ δὲ τὸ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαόν, ἧ φησὶ τὰ ἱερὰ λόγια, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου ἐγένετο ἀνεωχθῆναι τὸν οὐρανόν, 15 καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῶς εἶδει ὡσεὶ περιστερῶν ἐπ' αὐτόν, καὶ φωνῆν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι λέγουσαν "οὐ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν σοὶ ἠδὲ ὀκνησά." εἶτα γυνῶναι βουλόμενοι καὶ ποία ἦν τῆς ἐβδομάδος ἡμέρα ὅτε ὁ κύριος ἐβαπτίσθη, τίθειμεν τὰ εφλς' ἔτη. τούτοις προστίθειμεν τὸ τέταρτον, καὶ P 174 γίνονται εφλκ'. ταῦτα ὑφείλομεν παρὰ τὸ ἐπτάκι, λέγοντες, 20 ἐπτάκι δ' εἶ, ἐπτάκι π' φς', ἐπτάκι ἧ ς'. λοιπαὶ δ' ἐπακταὶ. ταύταις προσάπτομεν τὰς ἀπὸ τοῦ πρώτου μηνός ἡμέρας ἕως αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐν ἣ ὁ κύριος ἐβαπτίσθη. οὕτως ἔχεις ἐπακτὺς δ'.

19 ἐπτάκις lege. margo P

nempe Aprilis 30, Maii 31, Iunii 30, Iulii 31, Augusti 31, Septembris 30, Octobris 31, Novembris 30, Decembris 25. summa, dies 291. hanc per septem divide ita: septies 40 sunt 280. haec de summa aufer, restant 11. ab his 7 detrahe, remanebunt 4. ita ergo deprehendimus, qua die luminaria fabricatus fuerat, eadem et natum fuisse Christum, verum deum nostrum, qui est sol iustitiae.

Anno Tiberii Caesaris 15, indictione prima, ab Iohanne baptizatus est in amne Iordane, 13 die anni aetatis suae 31, sexta die Ianuarii mensis. proinde Christus deus noster natus est anno ab exordio mundi 5506, baptizatus anno 5536. cum et universus populus esset baptizatus, ut sacrae literae tradunt, et Iesus baptizatus precaretur, caeli aperti sunt, ac sanctus spiritus forma corporea tanquam columba supra ipsum se dimisit: et vox de caelo talis audita est "tu es filius meus dilectus, in te acquiesco." porro scire cupiens quota fuerit septimanae dies qua baptizatus est Iesus, pone annos 5536. adhaec his quadrantem suum, fiet in summa 6920. haec sic per 7 divides: septies 900 sunt 6300. rursum septies 80 faciunt 560. tandem septies 8 sunt 56. his omnibus detractis restabunt quattuor epactae. his addemus a primo mense usque ad propositum diem. sic habebis 4 epactas, Aprilis dies 30, Georg. Cedrenus tom. I.

Ἀπριλλίου λ', Μαΐου λα', Ἰουνίου λ', Ἰουλίου λα', Ἀγού-
 στου λα', Σεπτεμβρίου λ', Ὀκτωβρίου λα', Νοεμβρίου λ', Δεκεμ-
 βρίου λα', Ἰανουαρίου ε', ὁμοῦ σπέ. ταύτας ἕφελε ἐπὶ τῶν
 ἐπτά, λέγων ἐπτάί μί σπ', λοιπαί ε'. ἔγνωμεν οὖν ὡς ἐν ε' τῆς
 B ἑβδομάδος ἡμέρα ἐβαπτίσθη ὁ κύριος. καθ' ἣν ἡμέραν αὐτὸς 5
 ὁ κύριος προσέταξεν ἐξαγαγεῖν τὰ ὕδατα ἐρπετῶ ψυχῶν ζωσῶν,
 αὐτὸς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐβαπτίσθη καὶ ἤγλυσε τὸ ὕδωρ
 καὶ ζωοποιδὸν ἡμῖν ἀπειργάσατο.

Μετὰ δὲ τὸ βαπτισθῆναι, καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ Σα-
 τανᾶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ νικῆσαι τὸν πειράζοντα, παρεγένετο εἰς 10
 τὴν Γαλιλαίαν κηρῦσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ κελεῖ-
 σις τοὺς μαθητὰς πιστεύσαντας καὶ δεξιμένους τὸ κήρυγμα τῆς
 εὐσεβείας ἀνελθεῖν μετ' αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἑορτάσαι τὸ
 νομικὸν πᾶσχα. εἴτα θέλοντες γνῶναι ποστῆ τοῦ μηνὸς ἔφθασε
10 καὶ ἄλαλος ἀποσιωπήσας τοῦτο μόνον ἐφθέγγετο, ὅτι κἀμοὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ. καὶ ὁ γέρον φησὶν "οὐκοῦν ἀναστὰς ἀκολούθει μοι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λήψῃ τὸ σημεῖον τῆς πίστεως ταύτης." ὁ δὲ φιλόσοφος ἐπιστραφεὶς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ "ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες. ἕως ὅτε λόγων ἐποιούμην σπουδῆν,
15 λόγους λόγοις ἀντιτίθουν καὶ τὰ προτεινόμενα τέχνη τοῦ λέγειν ἀνέτρεπον. ὅτε δὲ ἀντὶ λόγων δύναμις τις ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ στόματος τοῦδε τοῦ γέροντος, οὐκ ἴσχυσαν οἱ λόγοι τῇ δυνάμει ἀντιτάξασθαι· οὐδὲ γὰρ οἷός τέ ἐστιν ἄνθρωπος ἀντιστῆναι θεῷ. διὰ τοι τοῦτο εἴ τις ὑμῶν δύναται συνίεναι ὡς κἀγώ, πιστεύσει εἰς τὸν
20 Χριστόν, καὶ ἀκολουθήτω σὺν ἐμοὶ τῷ γέροντι τούτῳ, ἐν ᾧ ἐλάλησεν ὁ Θεός." τούτῳ οὖν τῷ τρόπῳ γενόμενος ὁ φιλόσοφος Χριστιανὸς ἔχαιρεν ἠτιθηεὶς ὑπὸ τοῦ γέροντος.

Παρῆν δὲ τηρικαῦτα καὶ ὁ θεῖος Παφνούτιος καὶ τερατουργὸς καὶ ὁμολογητῆς, οὗ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν Μαξιμιανὸς ἐξώ-

caelum et terram creavit, et hominem ex terra finxit, et reliqua omnia tam quae visum fugiunt quam quae in oculos incurrunt, verbo spirituque suo condidit. huius verbum nos scimus filium dei esse, ideoque adoramus, credentes nostrae salutis causa eum postremo tempore ex virgine natum, supplicio morte atque in vitam reditu suo humanum genus liberasse; eundemque speramus reditrum, iusteque universos iudicaturum. credisne haec, philosophe?" ille vero, veluti si nunquam disputare didicisset, muti instar obtulit, hoc unum fatus "mibi quoque ita res habere videtur." tum senex Spyridon "ergo" inquit "surge, et me ad templum sequere, ibi tesseram fidei huius accepturus." philosophus autem versus ad discipulos suos "audite" ait. "quamdiu res verbis agebatur, dicta dictis opposui, arteque disserendi obiecta refutavi. postquam autem pro verbis vis quaedam ex ore huius senis exivit, nihil adversus vim verba valere: non enim potest homo resistere deo. itaque si quis vestrum ita potest intelligere uti ego, is in Christum credat, mecumque senem hunc sequatur, cuius ore deus est locutus." hoc modo philosophus Christianam pietatem amplexus se a sene isto victum gavisus est.

Interfuit ei concilio etiam divinus Paphnutius, mirificus homo et confessor, cui Maximianus dextrum eruerat oculum. is, cum vellet con-

ρξεν. ὅς τῆς συνόδου κανονίσει θελούσης ὥστε κληρικὸν μὴ συνέρχεσθαι γυναικὶ πρὸς γάμον, ὡς βαρὺν τὸν λόγον ἀνέτρεψε, καὶ μόνοις ἐπισκόποις ἐτύπωσε τοῦτο παραφυλάττεσθαι.

Μετὰ γοῦν πολλὴν τῆς σκέψεως ἀκρίβειαν ἔδοξε πᾶσιν ὁμοῦ δεῖν ὀρίσασθαι τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ὁρθοδόξου πίστεως, τουτέστι τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως τῷ πατρὶ καὶ τὸν υἱὸν ὁμολογεῖν.

P 288 ἦν δὴ καὶ κατὰ κράτος καὶ συμφώνως ἐβεβαίωσαν, παρῆξ Ἀρείου τοῦ ἁσεβοῦς καὶ ἐτέρων ἕξ ὁμοφρόνων αὐτῷ, οὓς ἀναθεματισθέντας ὑπὸ τῶν θείων τιῆ πατέρων ὁ βασιλεὺς ἐξώρισε.

Μετὰ δὲ ταῦτα φιλαπεχθήμενες ἄνδρες κατὰ τιῶν ἐπι-10 σκόπων ἐγγράφους ἐπέδωκαν τῷ βασιλεῖ κατηγορίας. ὁ δὲ ταύτας δεξιόμενος καὶ δεσμήσας καὶ τῷ δακτυλίῳ σημηνάμενος ἐκέλευσε φυλάττεσθαι. εἶτα πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς καὶ ὁμόνοιῳ συμβιβάσας ταύτας ἐνώπιον πάντων κατέκασεν, ὄρκῳ πληροφορήσας αὐτοὺς μηδὲν ἀναγῶναι τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. οὐδὲ 15 γὰρ ἔφη χρῆναι τὰ πλημμελήματα τῶν ἱερῶν δῆλα γενέσθαι τοῖς πολλοῖς, ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαμβάνοντες ἀδειῶς ἁμαρτάνωσιν. ἐγὼ δὲ εἰ αὐτόπτης ἐγενόμην ἐπισκόπου γάμον ἄλλότριον διορτύττοντος, συνεκάλυψα ἂν τῇ πορφυρίδι μου ταύτη τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψαι τοὺς θεωμένους τῶν 20 ὀρωμένων ἢ ὄψις. οὕτω τοίνυν τοὺς μὲν εὖ λέγοντας ἀνάκηρύττων, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας παρακλητικῶς εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, τοὺς πάντας ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους τοῖς ἁμφισβητούμενοις ἅπασι κατέστησε. καὶ οὕτω παραινήσας πάντας, καὶ πολλῆς

cilium decernere ut clerici nuptiis abstinerent, eam sententiam ut duram refutavit, auctorque fuit ut caelibatus solis iniungeretur episcopis.

Re accuratissime examinata ea fuit omnium sententia, veram fidem statuere filium consubstantialem, hoc est eiusdem cum patre essentiae atque naturae. eam sententiam firmiter omnes atque uno ore approbaverunt, excepto impio Ario et sex aliis cum eo sentientibus. quos a divinis 318 patribus proscriptos imperator exulare iussit.

Secundum haec, cum inimicitarum serendarum studiosi homines scriptas contra episcopos quosdam accusationes imperatori tradidissent, is eas acceptas colligavit suoque annulo obsignatas asservari iussit. postea discordiis pacificatione sua sublatis, eas accusationes in conspectu omnium cremavit, iuramento fidem faciens nihil se in iis scriptum legisse. non enim, dicebat, debent sacerdotum delicta multitudini exponi, ne homines inde offensae sumpta occasione sine metu peccent. ego si meis oculis viderem ab episcopo adulterium committi, vel purpura mea vellem flagitium obtegere, ne eius conspectus alios laederet. ita tum imperator eos qui recte sentirent victores praedicans, veritati repugnantes placide ad consentiendum adhortans effecit uti universi de rebus controversis idem sentirent. atque ita collaudatos omnes honori-

τιμῆς τε καὶ δωρεῆς ἀξιώσας, ἕκαστον παρηγγύησε καταλαβεῖν τὴν ἰδίαν ποιμένην. ἐτύπωσε δὲ καὶ τὸ ἅγιον πάσχα ἐορτάζειν ἡμῶς κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν συνήθειαν· τινὲς γὰρ τῶν πρῶην κατὰ C τὴν ἰδ' τῆς σελήνης ἐώρταζον.

- 5 Μετὰ δὲ τινα χρόνον ὑπὸ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίας παρακληθεὶς ἀνῆκε τὸν Ἀρειον ὑπὸ τῆς ἑξορίας ὡς δῆθεν μετανοήσαντα. οὗ παραγενομένου, καὶ ἐρωτηθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰ στοιχεῖ τοῖς ὄροις καὶ τῇ ἐκθέσει τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, παρευθὺ κατέθετο πιστεῦειν οὕτως. ὁ δὲ θαναμάσας ὄρκον ἐπή-
 10 νεγκε μὴ φρονεῖν ἐναντία τῇ συνόδῳ· καὶ τοῦτο ποιήσας ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρηκῶς αὐτῷ “εἰ μὲν ὄρθῃ σὺ ἐστίν ἡ πίστις, καλῶς ὤμοσας· εἰ δὲ ἀσεβῆς καὶ διεστραμμένη, κρίναι κύριος ὁ θεὸς τὰ κατὰ σε θῆττον.” ταύτῃ τοι καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον εἰς κοινωλίαν αὐτὸν δέξασθαι παρεκελεύετο ὡς ἅτε μετανοήσαντα. D
 15 τοῦ δὲ μὴ καταδεχομένου, γινώσκοντος ἀκριβῶς τὴν Ἀρειοῦ δυστροπίαν, ἑξορίζει τοῦ θρόνου τὸν ἅγιον, πιστεύσας καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ γενομένην ὑπὸ τῶν Ἀρειωνῶν λοιδορίαν. καὶ οὗ θαῦμα· πολλάκις γὰρ καὶ θεοὶ ἄνδρες κατὰ τινων εὐσεβῶν διαβολὴν ἀκρίτως παραδειζόμενοι παρετράπησαν τῆς ἀληθείας καὶ τοὺς
 20 εὐσεβεῖς παρέβλαψάν τε καὶ παρελύπησαν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θεοσπέσιος Δαβὶδ ἐξυπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ οἰκέτου Σιβά, κατὰ τοῦ δεσπότητος Μεμφίβοσθῆ ψευδηγοροῦντος ὡς ὅτι τὰ τοῦ τυράννου Ἀβεσαλωμ φρονεῖ, τοῦτον παρέβλαψε καὶ τῶν ἰδίων ἀποστερήσας τῷ οἰκέτῃ προσεκλήρωσεν. ὅθεν χρῆ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας P 289

bus ac donis prosecutus ad suum singulos gregem redire iussit. constituit etiam ut sacrum pascha eo, quo nunc receptum est, modo celebraretur: ante enim quidam 14 luna id agebant.

Aliquanto post tempore, suasu Constantiae filiae suae, Arium ab exsilio domum redire passus est, respuisse eum putans. Arius reversus ab imperatore est interrogatus ane decreto et expositioni concilii Nicaeni staret. statimque hoc ille affirmavit. quod admiratus imperator iuramento adactum, non dissentire ab eo concilio, dimisit, ita fatus “si quidem recta est fides tua, bene iurasti: sin impia et perversa, celeriter in te deus statuat.” proinde Constantinus a magno etiam Athanasio postulavit ut eum veluti qui respuisset reciperet; et cum id recusaret quippe Arii perversitatem perspiciens, fidem adhibens Arianorum calumniis, quibus Athanasium impetebant, episcopatu eiecit. neque id mirum fuit. saepe enim etiam divini homines, calumnias piis intentatas re non explorata admittentes, a vero aberraverunt piosque iniuriis ac damnis affecerunt. quomodo etiam divinus homo Davidus a servo Siba deceptus, qui falso Memphibosthum dominum suum deferebat quasi is Absalomī partibus se addixisset, facultates domino iniuste eripuit servoque mancipavit. quare oportet magna cum attentione animi atque de-

τε καὶ σκέψειως ἔρευνᾶν τὰς κατηγορίας, καὶ μὴ ὡς ἔτυχε πιστεῦεν τοῖς κατηγοροῦσι, κἄν ἄγαν ὡσιν ἀξιόπιστοι. διὸ δὴ καὶ Νικόδημος πρὸς τοὺς παρανόμους Ἰουδαίους καταφορικῶς τε καὶ ἐν-τρεπτικῶς ἔφη “μὴ ὁ νόμος ὑμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ’ αὐτοῦ πρῶτον καὶ γινῶ τί ποιεῖ; ἀμέλει γέ τοι καὶ οἱ 5 τῶν ἔξω σοφοὶ τοῦτο προδήλως ὑπεμφαίνοντες οὕτω φασίν· εἰ μὲν ἀμφισβήτησις κρίνει, ἀναρτάσθω, εἰ δὲ κρίσις, τοὺς ἐλέγχους βυσανίζετω, εἰ δὲ βάσανος, τὸ δέον ὀριζέτω· ὁ δὲ ὄρος γεγρά-
B φθω, τὰ δὲ γεγραμμένα κρυούσθω, τὰ δὲ κρυοθέντι βεβαιούσθω τοῖς ἔργοις, καὶ πᾶσα ἀψιμαχία οἰχέσθω, καὶ πύλιν φιλλυ 10 χορευέτω. καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὁ Θεὸς λόγος οὕτως φησίν. ἔστω δὲ ὁ κριτὴς ἀπροσωπώληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρέπόμενος ἢ κολακεῖων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πένητος φειδόμενος. ‘οὐ λήψη’ γάρ φησι ‘πρόσωπον δυνάστου, καὶ πένητα οὐκ ἐλέησεις ἐν κρίσει.’ ὅτι τοῦ Θεοῦ ἡ κρίσις δικαίως τὸ δί- 15 καιον διώζεται, καὶ οὐκ ἀρέση τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον. ὅθεν οὐ δεῖ πιστεῦεν ὡς ἔτυχε τοῖς κατηγοροῦσιν ἀκρίτως καὶ ἀβασανίστως. ἔγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον ἢ φθόνον κατὰ τινος ἀδελφοῦ ἐνστήσασθαι ψευδηγορίαν, ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι κατὰ
C Σωσάννης καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ. σὺ οὖν ὡς Θεοῦ ἀ- 20 θρωπος τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως παραδέχου, καὶ μὴ ἀνέλθῃς τὸν ἀθῶον, καὶ μὴ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον, οὐδὲ λήψη δῶρα ψυχῆ πατάξαι· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῦσιν ὀφθαλμοὺς σοφῶν καὶ λυμαί-

liberatione crimina explorare, neque temere accusatoribus credere, ut-
cunque ii fide digni habeantur. in quam sententiam Nicodemus quoque iniustos Iudaeos graviter obiurgat, inquit (Ioan. 7) “numnam leges vestrae aliquem indicta causa et non explorata re damnant?” nimirum et profani philosophi idem perspicue docent, ita praecipientes: si causam controversia disceptat, suspendatur. si iudicium, probationes explorentur. si quaestiones, id quod aequum est praescribatur, terminus definiatur, scripta rata sint; quae scita sunt, ea facto impleantur. ita omnis tollatur contentio, rursusque amicitia obtineat. tum in apostolicis constitutionibus divinum verbum sic mandat. iudex esto vacuus personarum reputationis, qui neque divitem reverentur aut aduleter aequo amplius, neque pauperi parcat. scriptum est enim: non respicies ad potentis dignitatem, neque miseraberis pauperem in iudicio. dei enim iudicium iuste iustitiam persequetur; neque iusto quicquam iniustum probabitur. non ergo leviter credendum est quibusvis criminationibus re non explorata. fieri enim potest ut odio aut invidia aliquis impulsus fratrem falso criminetur, sicut Susannam duo senes et Iosephum Aegyptia mulier. tu ergo, homo dei, huiusmodi ne prompte admiseris, ne insontem occidas et interficias iustum, neque donis te ad necandum corrumpi sinas: nam munera excaecant oculos iustorum, et iusti sermo-

γονται ῥήματα δίκαια. εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγινώ-
 σεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τὸν πλησίον αὐτοῦ μαρτυρίαν ψευ-
 δῆ· καὶ ὑποδείξαντες αὐτὸν συκοφάντην, ποιήσατε αὐτῷ κύθ' ὃν
 τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον, καὶ ἔξαρεῖτε τὸν πονη-
 5 ρὸν ἐκ μέσου ὄμων. ὅσον γὰρ ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφόν,
 προκαταλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ. γέγραπται γάρ 'ὁ ἐκχέων Ἰ
 αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος ἐκείνου ἐκχυθήσεται τὸ αἷμα
 αὐτοῦ.' ἀλλὰ μηδὲ εἰς παραδεχέσθω μαρτυρῶν κατὰ τινος, κἂν
 λίαν ἢ ἀξιόπιστος. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πᾶν
 10 ῥῆμα βεβαιωθήσεται, εἶπεν ὁ κύριος. εἰ τοίνυν τὸ μὲν εὔρεῖν τὸ
 δίκαιον ἔργον, τὸ δὲ μὴ διαφθεῖρειν ἐργωδέστερον ἐπειδὴν εὔρεθῆι,
 οὐ δεῖ ἐπιρρίπτειν ἑαυτὸν τινα τῷ κρίνειν. τότε γοῦν ὀρθῶς ὄρος
 τῆς δικαιοσύνης σώζεται, ὅταν τῆ μὲν αἰτία ἢ κρίσις, τῆ δὲ κρίσει
 ὁ ἔλεγχος, τῷ δὲ ἔλέγχῳ ἢ ψῆφος ἢ πρὸς ποιότητα τοῦ ἁμαρτή-
 15 ματος τὴν τιμωρίαν ὀρίζουσα.

Ἰστίον τοίνυν ὡς ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ περὶ τῆς ἁγίας καὶ P 290
 ὁμοουσίας καὶ ζωοποιῶν τριάδος μυστικῶς ἢ διδασκαλίᾳ ἐγκατέ-
 σπαρται, ὡς καὶ Φίλωνα καίτοι γε Ἰουδαῖον ἄνδρα ὑπάρχοντα
 καὶ ζηλωτὴν, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων, ἀπομάχεσθαι
 20 τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. βασινίζων γὰρ τὸ εἰρημένον "ἐν εἰκόνι θεοῦ
 ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον," ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐξε-
 βιάσθη καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον θεολογήσαι. τί γὰρ εἰ καὶ δεύτε-
 ρον τὸν συναΐδιον λόγον τῷ πατρὶ καὶ ἀριθμοῦ καὶ χρόνων ἀνώτε-

nibus officiant. si ergo nullam cuiusquam personae rationem habentes
 iudicia obitis, deprehendetis eum qui falso crimine proximum suum op-
 pugnavit; eumque calumniae convictum eo malo afficietis, quod ille al-
 teri molitus fuit; malitiosumque tolletis e medio, qui quantum in ipso
 fuit, auribus iudicis occupatis fratrem necavit. scriptum est enim: qui
 sanguinem fuderit, eum proprio sanguine luat. neque omnino unius ho-
 minum testimonium contra alium, utcunque fide digni, pro certo haben-
 dum est. duorum enim, inquit dominus, aut trium testium ore quaevis
 res confirmanda est. quodsi ergo difficile est id quod iustum sit inve-
 nire, adhuc difficilius inventum tueri, nemo iudicium praecipitare debet.
 tunc autem recte fines iustitiae servantur, cum causae iudicium, iudicio
 probationes, probationibus sententia, flagitii qualitati respondentem poe-
 nam infligens succedit.

Sciendum porro est etiam in veteri testamento de sacra consub-
 stantiali et vivifica trinitate doctrinam arcane dispersam esse, idque ad-
 eo ut Philo etiam, tametsi Iudaeus et Iudaicae religionis studiosissimus,
 in suis tamen commentariis quos posteritati reliquit suam ipsius reli-
 gionem oppugnet. expendens enim illud dictum "ad imaginem dei ho-
 minem condidit," vi veritatis eo est compulsus ut non potuerit non et-
 iam verbum dei asserere. quid enim refert, quod in eo veritatem non
 est assecutus, dum verbum patre numero et tempore posterius scribit?

ρον ὄντα καλεῖ, τῆς ἀληθείας μὴ ἐφικνούμενος; ὁμοίως ἔννοιαν ἔσχε καὶ ἑτέρου προσώπου. οὐκ ἐνταῦθα δὴ μόνον ἔπαθε τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸ θεὸς καὶ τὸ κύριος ἐρηνηῦσαι πειρώμενος τῆς βασιλικωτάτης τριάδος ἔννοιαν ἔσχε. φάσκων γὰρ ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεός, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος τὸ τῶν μὲν πάντη διαιρετῶν ἐνικώτερον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον. καὶ οὕτω κατὰ κράτος εἶλεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὡς ἀναγκασθῆναι διαρρήδην τοῦτο φάναι καὶ ἐν γράμμασι καταλεῖψαι. δύο μὲν γὰρ εἶπε τὰς τοῦ ὄντος δυνάμεις, ὧν ἡ μὲν ποιητικὴ καὶ εὐεργετικὴ φύσει καλεῖται¹⁰ θεός, ἡ δὲ βασιλικὴ καὶ τιμωρητικὴ κύριος. οὐ πόρρω βαίνων τοῦ φήσαντος, Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία, δύναμις οὐκ ἀνυπόστατος ἀλλ' ἐνυπόστατος, καὶ παντοδύναμος, καὶ ὑποστάσεως δημιουργός, καὶ ἰσοσθενής ἐκείνου οὗ δύναμις ἐστὶ. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Φίλων περὶ θεοῦ θεάματος, οὗ εἶδε Μωϋσῆς ἐν¹⁵ τῇ βύβλῳ, ἐκφραζῶν ἔφη· θεάμα ἐκπληκτικώτατον. εἶτα ὁρᾷ μετ' ὀλίγον κατὰ μέσον τῆς φλογὸς μορφὴν τινα περικαλλεστάτην, ἐμπερηθὲν οὐδενὶ τῶν ὁρατῶν, θεοειδέστατον ἄγαλμα, φῶς ἀγροειδέστερον τοῦ πυρὸς ἀπαστρέπτουσαν· ἦν ἐάν τις ὑπετόπησεν ἰκόνα τοῦ ὄντος εἶναι, καλῶς ὑπέληφεν. εἰ δὲ τις περὶ τῆς εἰκό²⁰ νος ἀκριβῶς μαθεῖν βούλεται, ἀκουέτω Παύλου λέγοντος περὶ τοῦ υἱοῦ "ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου." οὐκοῦν κακῆ-

saltem in alterius personae notitiam pervenit. neque illud ipsum tantummodo movit, sed et vocabula deus ac dominus interpretari conatus regiissimam trinitatem agnovit. cum enim dixisset unum esse deum, non ad unitatis numerum sed ad sancti ternionis confugit mysterium; qui ad unitatis naturam propius accedit quam ea quae omnino dividi possunt, et uberius tamen est quam quae prorsus sunt solitaria. tanta autem vi animum eius ista sententia occupavit, ut eam palam profiteri ac scriptam quoque relinquere coactus fuerit. duas enim ait esse eius quod est facultates, quarum altera effectrix et benefica natura deus appelletur, altera regia et ultrix dominus. quod eius dictum non procul abest ab eo quod in Scriptura Christus dei potentia et sapientia dei dicitur, potentia scilicet seu facultas non carens substantia sed substantialis, omnipotens, ac substantiarum effectrix, eiusdemque cum eo potentiae cuius est facultas. rursus idem Philo spectaculum explicans quod in rubo Moses vidit, ita loquitur. spectaculum vidit quam maxime terribile. cernit paulo post in medio flammae quandam pulcherrimam formam, nullius visibilis rei similem, simulacrum divinae speciei admodum conforme, lucem nimirum quae ipsa flamma splendidius effulgebat; quam si quis imaginem eius qui est arbitretur, is recte iudicaverit. qua de imagine si quis exacte vult cognoscere, is audiat Paulum sic de filio loquentem (Col. 1) "qui est invisibilis dei imago." neque

ης θεολογίας ὀρθοδόξου ἔπεται. μὴ γὰρ τὴν ἀκριβείαν ζήτηι
 παρὰ τοῦ δυναθέντος ὅλως διὰ σύνεσιν εἰλικρινῆ κατοπτεῦσαι τὴν
 ἀλήθειαν καὶ τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἀπομάχεσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, **D**
 ὅτι εἰς ἓν πρόσωπον οὐ συνέκλεισε τὴν θεολογίαν, ὡς οἱ ἀπαίδευ-
 5 τοὶ καὶ κακόσχολοι τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ προλήψει τινὶ κατ-
 εχόμενοι δογματίζουσιν. οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνων πληκτικωτάτων
 ὄντων εἰς ταύτην προήχθη, ὡς γε ἡγοῦμαι, τὴν ἐννοίαν, ἀλλὰ
 καὶ ἐκ τοῦ "ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ'
 ὁμοίωσιν," καὶ ἐκ τοῦ "ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου," καὶ ἐκ
 10 τοῦ "εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου," καὶ
 ἐκ τοῦ "ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός, καὶ σὺ εἶ ὁ θεός." τοὺς γὰρ λέγον- **P 291**
 τας ὅτι μυριάκις ἐστὶν ἅγιος ὁ θεός, καὶ τό "ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύ-
 ριος" παρερμηνεῦσαι τολμῶντας, λαμπρῶς ἐλέγχει τό "ἔξεζήτησα
 τὸ πρόσωπόν σου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω, μὴ ἀποστρέ-
 15 ψης τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ." εἰ μὴ γὰρ τὴν ἁγίαν ἀνεκή-
 ρυττε μυστικῶς τριάδα ὁ φράσας, περιττολογίας δίκαιος ἂν εἶη
 ἀπειτηθῆναι δίκην. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτῳ (χρηῆναι γὰρ οἶμαι ἐπὶ
 σαφέστερον ὀρμηῆσαι ῥήτον) ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ "θῦσον τῷ θεῷ θυ-
 σίας αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχὰς σου, καὶ ἐπι-
 20 κάλεσαι με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαι σε καὶ δοξάσεις
 με." εἰ μὴ γὰρ ἡ τριάς ἐναυθὰ σαφῶς ἐκηρύττετο, ἔδει ῥηθῆ- **B**
 ναι "θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς
 εὐχὰς σου, καὶ ἐπικάλεσαι αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ

vero Philo veracis theologiae decreta assecutus est; neque est cur ab eo
 tantam perfectionem requiras, ut putes eum sincera intelligentia perspi-
 cere veritatem potuisse et suam religionem ablicere. sed hoc consi-
 dera, quod disputationem de deo non ad unicum adstrinxit personam,
 sicut indocti ac male feriati Iudaeorum magistri faciunt, a maioribus
 per manus traditam opinionem sectantes. neque haec ego tantum,
 quamquam plurimum habeant momenti, censeo Philoni causam ita sen-
 tiendi prae buisse, sed etiam haec (Gen. 1) "faciamus hominem ad ima-
 ginem et similitudinem nostram," item (Gen. 18) "pluit dominus ignem
 a domino" et (Psal. 109) "dixit dominus domino meo, sede a dextris
 meis" et "quoniam in te deus est, et tu es deus." eos enim qui dicunt
 deum infinitis modis esse sanctum, audentque in alium quam de trini-
 tate sensum interpretari illud (Esa. 6) "sanctus, sanctus, sanctus domi-
 nus," eos haec dicta aperte refellunt (Psal. 26) "quaesivi faciem tuam,
 faciem tuam, domine, requiram: ne avertas faciem tuam a me." nisi
 enim auctor his verbis mystice sanctam trinitatem indicasset, merito
 supervacaneorum verborum inculcationis damnari posset. neque in hoc
 tantum (arbitror enim apertius adhuc dictum aliquod proferendum) sed
 et in hoc (Psal. 49) "sacrificium laudis domino exhibe, ac vota tua al-
 tissimo persolve. invoca me tempore aerumnarum tuarum, et eruam te,

ἔξελεῖται σε, καὶ δοξάσεις αὐτόν.” καὶ οὕτω μὲν οὐκ ἐρρήθη, εἴρηται δὲ ὡς εἴρηται. σαφῶς γὰρ διὰ τούτων καὶ δι’ ἄλλων πολλῶν ἢ παλαιὰ διαθήκη κηρύττει ὅτι οὐχ ἑνὸς προσώπου σημαίνει δεσποτείαν, ἀλλὰ τριῶν μὲν ὑποστάσεων μιᾶς δὲ οὐσίας, ἵνα καὶ Ἰουδαίων στηλιτεύσῃ τὴν ὡς ἐφ’ ἑνὸς προσώπου οὐχ ἕνῃ ἔννοιαν. οἷς καὶ Σαβέλλιος ἠκολούθησεν. ἴσως δὲ ἐκ τῆς ἄγαν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος εἰς τὸ μίαν ὑπόστασιν δογματῆσαι νευρωθεῖς, τὴν πολυθεΐαν Ἑλλήνων ἐξωστράκισεν, ὡς Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος ἐύλωσαν εἶναι φοιτηταί, τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν εἰς τὴν οὐσίαν παραλόγως ἐλκύσαντες. εἰ δὲ τις φριή, μὴ σαφῶς καὶ διαρρήδην ἐξ ἀρχῆς ταῦτα κεκήρυκται; φριήν ὅτι μάλιστα τοῖς συνετῶς ἀκούουσι λαμπρὰ ἔστιν αὕτη καὶ ἀπόδειξις καὶ διδασκαλία, ὡς καὶ τῷ σοφῷ ἔδοξε Φίλωνι. εἰ δὲ καὶ συνεικισμένως ἐρρήθη, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρή, ὅτι Ἰουδαίοις τοῖς εἰς πολυθεΐαν ῥέπουσι νομοθετοῦντες οὐκ ἐδοκίμασαν διαφορὰν προσώπων εἰσαγαγεῖν, ἵνα μὴ διάφορον φύσιν ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν εἶναι δογματίσαντες εἰς εἰδωλολατρίαν ἐλκυσθῶσιν, ἀλλὰ τῆς μοναρχίας ἐξ ἀρχῆς μαθόντες μάθημα κατὰ μικρὸν τὸ τῶν ὑποστάσεων ἀναδιδαχθῶσι δόγμα, τὸ πᾶσιν εἰς ἐνότητα φύσεως ἀνατρέχον, ὡς εἶναι τὰ μὲν ἐνικῶς λεγόμενα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως πειραματικά, τὰ δὲ ὑπερβαίνοντα τὸν ἐνικὸν ἀριθμὸν

ac praedicabis me.” nam si hic trinitas non aperte praedicaretur, ita fuerat dicendum: sacrificium laudis domino exhibe, ac vota tua altissimo persolve; et invoca eum cum premeris, et eruet te, ac praedicabis eum. sed non hoc modo, verum ita ut rettuli vates locutus est. perspicue enim his et aliis multis locis vetus testamentum exprimit se imperium non uni personae attribuere, sed tribus substantiis, quarum unica sit natura et eadem essentia, ut Iudaeorum de unica persona non sanam sententiam traduceret. atque Iudaeos quidem Sabellius videtur secutus, nisi forte dum multitudinem deorum Graecanicam exagitat, nimiam aequalitati filii ac patris intentus ad opinionem de unica persona prolapsum fuit. Graecorum sectatores deprehensum est fuisse Arium et Euzonomium, qui ex discrimine personarum diversas essentias absurde intulerunt. quodsi quis roget cur non ab initio statim haec manifesto fuerint indicata, responderim, iis qui scienter audirent, demonstrationem istam atque doctrinam fuisse apprime perspicuam, ut etiam sapienti visum fuit Philoni. quod autem ista obscurius promulgata sunt, cogitandum est vatibus, cum Iudaeis ad multitudinem deorum statuendam proclivibus leges praescriberent, non consultum visum fuisse differentiam personarum commemorare, ne ii diversas etiam naturas personarum opinantes ad falsam religionem desciscerent, sed potius ab initio statim edocti unum esse mundi dominum, paulatim deinde de personis doctrina instruerentur, quae ipsa ad unitatem naturae redit. ita quae unitatis numero de deo dicuntur, unitatem naturae confirmant: quae eum nume-

τῆς τῶν ὑποστάσεων ιδιότητος τῆς εἰς μίαν οὐσίαν συναγομένης.
 τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποίθισθαι Ἑλληνικόν, τὸ δὲ ἐν
 πρόσωπον ἤγουν μίαν ὑπόστασιν Ἰουδαϊκόν· τὸ δὲ πλατύνοντας
 εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐ-
 5 σίαν συνάγειν, ὁρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθινὸν τὸ δόγμα. κεφάλ. P 292
 λαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, οὐκ ἔστι φυσικὰς ἀποδείξεις κατὰ
 πάντα παραστήσαι τῶν ὑπὲρ φύσιν πραγμάτων. εἰ γὰρ καὶ σὰρξ
 ἀληθῆς ὁ λόγος ἐγένετο, ἀλλ' οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς ἐν-
 ανθρωπήσας, μᾶλλον δὲ θεὸς ἐξ ἑκατέρων τῶν φύσεων εἰς ὑπάρ-
 10 χει νῖος θεοῦ θεὸς ὑπερούσιος, εἰ καὶ διαρρήγνυται οἱ τὸ μεῖζον
 καὶ ἔλαττον ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ νιοῦ συγκρίνοντες, ἑτεροούσιον
 τὸν νῖον τοῦ πατρὸς καὶ ἀνόμοιον δογματίζοντες. οὐ γὰρ ἴσουςιν,
 ὡς ἔοικεν, ὅτι μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται καὶ
 κρίνεται, ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώπου μεῖζον καὶ βοῦς βοῦς καὶ ἵπ- B
 15 πος ἵππον, καὶ ἀπαξιαλῶς ὁ κανὼν τῆς συγκρίσεως τοῖς ὁμογενέ-
 σιν ἁρμόζει. ὁ τοίνυν τὰ τοῦ θεοῦ τολμηρῶς περιεραζόμενος,
 καὶ μεῖζονα λέγων τοῦ νιοῦ τὸν πατέρα, τὴν σύγκρισιν ὡς ὁμοού-
 σιον προσέεται, κἂν μὴ βούληται· ἑτεροούσια γὰρ ἀλλήλοις συγ-
 κρίνεσθαι οὐ δύναται, οὔτε λέγεται μεῖζον ἄνθρωπος βοῦς ἢ μεί-
 20 ζων ἄνθρωπος καμήλου ἢ μεῖζων ἄνθρωπος ἰχθύος. τὰ μέντοι
 γε τὸν ἐνικὸν ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῆς τῶν
 ὑποστάσεων διαφορᾶς εἰσὶ παραστατικὰ, τὰ δὲ ἐνικῶς ἐξενη-

17 ὁμοουσίων?

rum excedunt, proprietates personarum in una essentia comprehensarum
 iudicant. diversas enim in deitate naturas statuere Graecum est, uni-
 cam personam Iudaicum: ceterum sanctam et unam essentia trinitatem
 diducere in tres personas, hasque in unam naturam recolligere, rectis-
 simum est et vera sententia. his in summa addo, rerum naturam exce-
 dentium demonstrationes naturales non posse ubique dari. nam tametsi
 verbum dei vera caro factum est, non tamen nudus homo fuit Christus
 in carne degens, sed potius deus ex utraque natura unus exstitit filius
 dei deus, natura rerum creatarum superior, vel si rumpantur qui patrem
 cum filio ratione maioris et minoris comparantes diversae substantiae a
 patre filium eique dissimilem statuunt. quos apparet non animadvertisse,
 quod maius et minus tantum in his quaeruntur et iudicantur quae eius-
 dem sunt naturae, ut homo homine maior itemque bove bos et equus
 equo dicitur; omninoque regula ea comparandi in iis locum habet quae
 sunt eiusdem generis. qui ergo audaci curiositate deum patrem filio
 maiorem dicit, is invidus etiam eandem naturam utriusque admittit. quae
 enim natura differunt, ea comparari non possunt; neque homo bove
 camelo aut pisce maior dicitur. sane quae in sacris literis de deo supra
 singularem numerum dicuntur, ea ad personarum discrimina monstranda
 faciunt: singulari numero effata unitatem naturae docent. atque illa

γμένα τῆς ταυτότητος τῆς φύσεως. τὰ μὲν γὰρ εἶρηται, ἵνα Σα-
 βέλλιος καὶ Ἰουδαῖοι ἐπιστομισθῶσι, τὰ δέ, ἵνα Ἄρειος καὶ Εὐ-
 C νόμιος καὶ Ἕλληνες στηλιτευθῶσιν. οἱ γὰρ πλατύνοντες μὲν εἰς
 τὴν ἅγιαν τριάδα τὸν τῶν ἰδιοτήτων ἀριθμόν; συστέλλοντες δὲ εἰς
 μίαν οὐσίαν, δροθότατα δογματίζουσι καὶ ταῖς τῶν οὐρανίων χρη-5
 σμῶν ἐπονται διδασκαλίαις, μήτε εἰς πολυθεΐαν διὰ τὴν τῆς φύ-
 σεως διαφορὰν ἐκπίπτοντες, μήτε εἰς ἰουδαϊσμόν διὰ τὴν τοῦ ἐνδὸς
 προσώπου σύστασιν ὀλισθαίνοντες. πῶς δὲ οὐκ ἐρυθριῶσι κτί-
 σματι προσκυνοῦντες καὶ ταῖς ἑαυτῶν μαχόμενοι ψήφοις; ἀπαγο-
 ρεύοντες γὰρ τὸ μὴ τῇ κτίσει προσκυνεῖν ὡς Ἑλληνικόν, αὐτοὶ 10
 τοῦτο δρωῖντες ἑαυτοὺς λανθάνουσι. χρητὴ δὲ καὶ τοῦτο εἶδέναι,
 ὡς οὐ τὰ αὐτὰ ὀνόματα πάντως καὶ τὰ αὐτὰ μηνύει πράγματα,
 αὐτε ἡ ὁμωνυμία συνωνυμίαν ἐκ παντὸς τρόπου ἐμφαίνει. ἐπὶ
 D μὲν γὰρ τοῦ νόου κυρίως λέγεται ἡ γέννησις, ἐπὶ δὲ τῶν κτισμά-
 των καταχρηστικῶς, ἐπ' ἐκείνου μὲν τῆς ἀληθείας ἔνεκεν καὶ τῆς 15
 ὁμοουσιότητος, ἐπὶ δὲ τούτων τιμῆς χάριν καὶ νόθοσεΐας. βου-
 ληθεὶς γὰρ ἀπεκύθησεν ἡμῶς λόγῳ ἀληθείας. μὴ τοίνυν ἡ ὁμωνυ-
 μία τὴν ὁμοτιμίαν ἐνταῦθα τικτέτω, μηδὲ τὰ καταχρηστικῶς
 εἰρημένα κυρίως λεχθῆναι νομιζέσθω, ἐπεὶ καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν
 δρογὴν καὶ τὰλλα πάντα τὰ τῇ θείᾳ μὴ πρέποντα φύσει, κατα-20
 χρηστικῶς λελεγμένα, οὐκ ἂν τις εὐφρονοῦν κυρίως πεφροσάθαι
 P 293 φαίη. δῆλον γὰρ ἔστιν ὅτι ἐκάστῳ χωρίῳ καὶ ἐκάστῃ λέξει ἡ

15 ὅπ' P

22 φαίνει P

quidem, ut Sabellio et Iudaeis ora obturari possent, dicta sunt, haec,
 ut Arius Eunomius et Graeci notarentur. qui vero sanctam trinitatem
 in personarum ternarium extendunt, ita ut has in unam compingant na-
 turam, ii rectissime sentiunt, caelestiumque auctoritatem oraculorum se-
 quuntur, ac neque ad multitudinem deorum statuendam diversitate natu-
 rarum ficta adiguntur, neque unius personae commento in Iudaismum
 prolabantur. quomodo autem non erubescunt haeretici, creaturam ado-
 rantes sibi que ipsis refragantes? cum enim vetent creaturam adorare,
 Graecanicum quippe, ipsi imprudentes idem committunt. id quoque
 sciendum est, non semper iisdem vocabulis easdem res significari, neque
 statim eodem modo notari ea quae communi vocabulo indicantur. nam
 proprie dicitur filium esse genitum: de creatura idem improprie dixeris.
 filio enim tribuitur hoc veritatis causa, et quia eiusdem est cum patre
 naturae, creaturis autem honoris et adoptionis gratia. sua enim volun-
 tate motus genuit nos, verbo veritatis. non igitur nominis communitas
 hic eandem dignitatem utrimque adferre, aut quod improprie dicitur,
 proprie usurpatum putetur, quando excandescantiam etiam et iram et
 alia divinae naturae nequaquam. convenientia nemo sanus deo proprie
 adscribi censebit, cum abusu vocabulorum ei adscribantur. constat enim

προσῆκουσα καὶ ἀρμόζουσα διασάφῃσι προσαγομένη τὴν ἀλήθειαν ὠδίνει.

Εἰπάτωσαν δέ γε καὶ οἱ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημοῦντες καὶ τῆς θείας οὐσίας αὐτὸ χωρίζοντες, πῶς ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ 5 ἡμῶν ἐνανθρωπήσας παρέδωκε συμπληρωτικὸν εἶναι τῆς ἁγίας τριάδος τὸ πανάγιον πνεῦμα, καὶ ἐν τῇ ἐπικλήσει τοῦ θεοῦ βαπτίσματος σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ ὡς ἐλευθεροῦν τῶν ἁμαρτημάτων τοὺς ἀνθρώπους ἀριθμούμενον. καὶ ἐπὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης τὸ σῶμα ἰδικὸν τῆς τοῦ υἱοῦ σαρκώσεως ἀποφαῖνον, πῶς ἂν εἴη 10 ποιητὸν ἢ κτιστὸν ἢ τῆς δουλικῆς φύσεως, ἀλλ' οὐ τῆς δεσποτικῆς καὶ δημιουργοῦ καὶ βασιλίδος οὐσίας συγγενὲς καὶ ὁμοούσιον τὸ ἅγιον πνεῦμα; εἰ γὰρ δοῦλον, μὴ συναριθμείσθω τῷ κτιστῷ ἤνωται γὰρ καὶ συνηριθμῆται, ἐπειδὴ τῷ ἀκριβεῖ τῶν τοιούτων δογματιστῇ Χριστῷ πείθεσθαι προσήκει, βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς 15 τὰ περὶ τῆς οἰκείας οὐσίας διδάσκοντι, εἰ καὶ τοῖς πνευματομάχοις δοκεῖ, σοφωτέρους εἶναι καὶ τὰ οὐράνια πλέον εἰδέναι θεοῦ κομπάζοντος ἢ μᾶλλον τολμηρῶς τε καὶ δυσσεβῶς ῥητορεύοντας. εἰ αὖν ὁ θεὸς Δανιὴλ ἄγγελον θεασάμενος καὶ θυμᾶσας τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ὁφθέντος πρηνῆς ἔπεσεν, ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ 20 παρόδοξον τῆς θείας, πόταν ἔξουσιον ἀπολογίαν οἱ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι μεσιτεύειν τολμῶντες καὶ τὴν ἄρρητον φύσιν λόγοις ζυγостаτεῖν ἐπιχειροῦντες καὶ φυσιολογοῦντες; τὴν τοίνυν

cuius loco et vocabulo convenientem et quadrantem interpretationem adhibitam veritatem parturire.

Iam qui de sancto spiritu impie loquuntur eumque divina natura exterminant, respondeant quomodo servator noster deus in humano corpore obversans sanctum illum spiritum voluerit complementum esse trinitatis, idque in baptismo una cum patre et filio, ut qui homines a peccatis liberent, numerari atque invocari. et in mystica coena, cum spiritus sanctus corpus incarnati verbi dicatur formasse, quomodo possit factus esse aut creatus, aut servilis condicionis, non imperatricis naturae, quae omnes res efficit atque gubernat? si enim servili est statu, non debet annumerari domino: si creatura, non debet cum creatore poni. certe autem unitus ei est et annumeratur, si quidem rectum est Christo harum rerum accuratissimo doctori fidem adhibere, firmiter et constanter divinam naturam enarranti. tametsi spiritus impugnatores sibi eo sapientiores videntur, rerumque sibi caelestium maiorem quam in deo sit cognitionem arrogant, sive ea potius temeraria est et impia garrulitas. quodsi Danielus angelo conspecto pulchritudinem eius et magnitudinem miratus pronus in faciem prostravit, attonitus inusitato spectaculo, quidnam excusationis afferent, qui audacter se patri filio ac spiritui sancto ingerunt, ineffabilemque naturam verbis trutinare atque explicare conantur? ceterum sacrae literae temporis expertem aeter-

ἄχρονον καὶ αἰδίον καὶ ἀμειψίτευτον καὶ παντὸς λόγου καὶ νοῦ κρεί-
 τωνα πρόδοον τοῦ υἱοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς γέννησιν καλοῦσιν αἱ γρα-
 φαὶ οὐχ ἵνα πάθος ὑπογράψωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ ὁμοούσιον ὑποδεί-
 ξωσιν· ὁμοούσια γὰρ τῷ ὄντι τὰ τικτόμενα τοῖς τίκτουσιν. ἵνα
 δὲ μὴ φαντασίαν πάθους ἐπικομίση, λόγον προσαγορεύουσιν. ἵνα 5
 μὴ νεώτερος ἐπινοηθῇ, “ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος” φασίν. εἶτα
 D καὶ τὴν πρὸς τὸν πατέρα σχέσιν κηρύττοντες “καὶ ὁ λόγος
 ἦν πρὸς τὸν θεόν.” εἶτα καὶ τὴν ἄξίαν, “καὶ θεὸς ἦν ὁ
 λόγος.” ἐκ μὲν τοῦ υἱοῦ τὸ ὁμοούσιον, ἐκ δὲ τοῦ λόγου τὸ
 ἀπυθές, καὶ ἐκ μὲν τοῦ ἐν ἀρχῇ εἶναι τὸ συναίδιον, ἐκ δὲ τοῦ 10
 πρὸς τὸν πατέρα εἶναι τὴν πρὸς αὐτὸν οὐκειότητα, διὰ δὲ τοῦ
 θεὸν εἶναι τὴν ἄξίαν αὐτοῦ καταμαθόντες, καὶ ἐξ ἐκάστου ὀνό-
 ματος τὸ μὴ ἐφοροῦν καὶ ἀπρεπὲς ἀποπεψάμενοι, ὅσον ἀπὸ
 μὲν τοῦ υἱοῦ τὸ νεώτερον, ἀπὸ δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀνυπόστατον,
 θεὸν αἰδίον ὁμοούσιον καὶ ἀγαθὸν καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς 15
 προελθόντα εἰδείημέν τε καὶ προσκυνήσαιμεν.

P 294

Μετὰ θάνατον Εὐσταθίου τοῦ ἡγιοτάτου ἐπισκόπου Ἀν-
 τιοχείας Φλαβιανὸς ὁ μέγας προχειρίζεται. τούτοις τοῖς χρόνοις
 ἀνεφύη καὶ ἡ τῶν Μασσαλιανῶν αἵρεσις εἴτ' οὖν Εὐχτιῶν καὶ Ἐν-
 θουσιαστῶν καὶ Λαμπετιανῶν καὶ Βογομίλων (πολυώνυμος γὰρ 20
 ἔστιν αὕτη) ἀπὸ Ἀδελφιοῦ καὶ Λαδῶη καὶ Σάβα καὶ Συμεῶνος τῶν
 αἰρεσιάρχων. ἀπ' ὧν ὁ μέγας Φλαβιανὸς μοναχὸς συναθροίσας

9 μὲν οὖν τοῦ?

num, nullo medio interceptum, omnique ratione et intellectu superiorem filii a patre progressum genituram vocant, non ut accidens aliquod designent, sed ut unitatem naturae expriment. revera enim quae gignuntur et quae gignunt, eiusdem sunt inter se naturae. ac ne tu accidens aliquod imagineris, filius verbum seu ratio dicitur; ne patre posteriorem putares, scriptum est “in principio erat verbum.” additur respectus ad patrem: “et verbum erat apud deum.” subiicitur dignitas: “et verbum erat deus.” vocabulo filii essentia eadem, verbi, vacuitas perpeptionum, in principio fuisse, aeternitas cum patre ei communis indicatur; apud patrem fuisse necessitudinem, deum esse, dignitatem eius. quibus consideratis, ac de singulis ea quae non conveniunt neque decent amolientes, ut de filio, posteriorem, de verbo, propria substantia carens, ita quidem filium aeternum deum eiusdem cum patre substantiae, bonum, et qui extra tempus a patre progressus sit, agnoscamus ac venerabimur.

Mortuo Antiocheae episcopo sanctissimo Eustathio Flavianus magnus subrogatur. iis temporibus Messalianorum haeresis initium habuit; qui et Euchitae a precibus, et ab instinctu numinis Enthusiastae, ac praeterea Lampetiani atque Bogomili nominantur. principes sectae fuerunt Adelphius, Dadoa, Saba et Simeon. de hac secta Flavianus multos

πολλούς, καὶ τὴν αἵρεσιν ἔξαρνούμενους τόνδε τὸν τρόπον διή-
 λεγξεν. ἐπίσημον γάρ τινα παρ' αὐτοῖς γέροντα παραλαβὼν κατ'
 ἰδίαν ἔφη πρὸς αὐτὸν μετὰ πανουργίας "ἡμεῖς μὲν, ὧ̄ πρεσβῦτα,
 τὸν πλείω βεβιωκότες βίον ἀκριβέστερον καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ἐμά-
 5 θομεν φέσιν καὶ τὰ τῶν ἀντιπάλων δαιμόνων ἔγνωμεν εὖ μάλα B
 μηχανήματα, πείρα δὲ καὶ τὴν τῆς χάριτος ἐδιδάχθημεν χορη-
 γίαν. οὗτοι δὲ νέοι ὄντες, καὶ τούτων ἀκριβῶς οὐδὲν ἐπιστάμενοι,
 πνευματικωτέρων λόγων ἀκοῦσαι οὐ φέρουσι. οὐκοῦν εἰπέ μοι,
 πῶς φατέ καὶ τὸ ἐναντίον πνεῦμα ὑποχωρεῖν καὶ τοῦ παναγίου
 10 πνεύματος τὴν χάριν ἐπιφοιτᾶν διὰ τῆς ἑμετέρας εὐχῆς καὶ ἐπι-
 τηδεύσεως;" ὁ δὲ τοῖς λόγοις τούτοις καταθελχθεὶς ἐξήμωσεν
 ἅπαντα τὸν κεκρυμμένον ἴδὼν καὶ ψυχοφθόρον, καὶ φησί "οὐδε-
 μίαν μὲν ἐκ τοῦ βαπτίσματος ἴσμεν ὠφέλειαν τοῖς ἀξιουμένοις ἐγγί-
 νεσθαι, μόνην δὲ τὴν σπουδαίαν εὐχὴν τὸν ἔνοικον καὶ συνουσιω-
 15 μένον δαίμονα ἐξελαύνειν. ἔλκει γὰρ ἕκαστον τῶν τικτομένων ἐκ C
 τοῦ προπάτορος ὡσπερ τὴν φέσιν, οὕτω δὴ καὶ τὴν τῶν δαιμόνων
 δουλείαν, ὧν ὑπὸ τῆς σπουδαίας εὐχῆς ἐλαννομένων ἐπιφοιτᾶ λοι-
 πὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁρατῶς καὶ αἰσθητῶς, καὶ τὴν οἰκείαν παρ-
 ουσίαν φανερώτατα σημαῖνον, τὸ μὲν σῶμα τῆς ἐμπαθοῦς κινή-
 20 σεως ἐλευθεροῦται παντελῶς, ἡ δὲ ψυχὴ τῆς ἐπὶ τὰ χεῖρω ῥοπῆς
 τέλειον ἀπαλλύττεται, ὡς μηκέτι δεῖσθαι λοιπὸν μήτε νηστείας
 πειζούσης τὸ σῶμα μήτε διδασκαλίας χαλινοῦσης τὴν ψυχὴν καὶ
 τὸν νοῦν ἀπὸ πύσης ἐνεργείας πονηρῶς καὶ ἐνθυμήσεως. οὐ μόνον

monachos congregavit; cumque ii se in ea esse haeresi negarent, ita eos coarguit. quendam magni inter ipsos nominis senem seorsim abductum astute sic compellavit. "nos, o senex, qui diutius viximus, accuratius etiam humanam cognovimus naturam, et adversariorum daemonum machinas praeclare comperimus: tum experientia didicimus gratiam spiritus suppeditari. isti autem adolescentes nihil horum perfecte habentes cognitum paulo spiritualiores sermones audire non sustinent. edisserere ergo mihi, quomodo dicitis adversum spiritum vestris precibus atque exercitatione depelli sanctique spiritus gratiam introduci?" his verbis senex demulsus occultum ac animis letale venenum omne evomit. "nullam" inquit "a baptismo utilitatem censemus conferri: solam seriam precationem facere ad daemonem qui in homine inhabitat eiusque substantiae unitus est, abigendum. etenim quivis homo a progenitore ut naturam, ita et daemonum servitutum trahit; quibus daemonibus proba precatione profligatis, tum sanctus ingruit spiritus, ita quidem ut et videri hoc et sentiri possit. nam manifestissime adventum suum indicans, corpus motu qui ab animi perturbationibus profiscitur prorsus liberat, animae autem momentum ad deteriora omne eximit, ut porro neque ieiunio opus sit quo corpus subigatur, neque doctrina animam frenante mentemque ab omni mala actione ac cogitatione inhibente. neque vero

δὲ τῶν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ὁ τοιοῦτος ἀπαλλάττεται αἰσχιότων παθῶν καὶ σκιρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα σαφῶς **D** προλέγει καὶ τὴν ἁγίαν τριάδα ὀφθαλμοφανῶς θεωρεῖ καὶ Θεολογίας καὶ Θεῶν μυστηρίων ἀξιοῦται." οὕτως ὁ Θεὸς Φλαβιανὸς τὴν δαιμονιώδη αἵρεσιν ἀνορύξας ἔφη πρὸς τὸν δυσσεβέστατον **5** γέροντα "πεπαλαιωμένε κακῶν ἡμερῶν, ἤλεγξέ σε τὸ σὸν μιαινώτατον στόμα, καὶ οὐκ ἐγώ, καὶ τὰ σὰ διεφθαρμένα καὶ ἀκάθαρτα χεῖλη καταμαρτυροῦσί σου." φανερωθείσης δὲ τῆς σατανικῆς καὶ βδελυρῆς ἀπάτης καὶ αἰρέσεως ταύτης, τῆς μὲν Συρίας ἐξηλάθησαν, εἰς δὲ τὴν Παμφυλίαν ἀνεχώρησαν καὶ ταύτην τῆς **10** λώβης ἐπλήρωσαν, νῦν δὲ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὴν πλείονα δύσιν.

P 295 Τῷ κα' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου διαβύλλουσι Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν κατὰ Χριστιανῶν, καὶ γίνεται διωγμὸς ὡς πλείους τῶν δεκαοκτὼ χιλιάδων ἐπ' αὐτοῦ ἀναιρεθῆναι. ἡ δὲ αἰτία τῆς διαλύσεως τῆς μεταξὺ Ῥωμαίων **15** καὶ Περσῶν γενομένης εἰρήνης γέγονε δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μητρόδωρος τις Περσογενῆς προσποισούμενος φιλοσοφεῖν ἀπῆλθεν ἐν Ἰνδία καὶ τοὺς Βραχμῆνας, καὶ χρησάμενος ἐγκρατεία πολλῇ γέγονεν αὐτοῖς σεβαστός. ἐργάζετο δὲ ὑδρομύλους καὶ λαιτριά, μέχρι τότε μὴ γνωριζόμενα παρ' αὐτοῖς. οὗτος ἐν τοῖς ἀδύτοις **20** ὡς εὐσεβῆς εἰσιῶν λίθους τιμίους καὶ μαργαρίτας πολλοὺς ἐτίβλετο. ἔλαβε δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ἰνδῶν, ὥστε τῷ βασιλεὶ δῶρα κομισαί· καὶ ἐπανελθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον δέδωκε ταῦτα

18 καὶ τοῦς] κατὰ τοὺς?

homo animi modo et corporis solvitur turpissimis affectibus atque petulantia, sed et futura perspicue praedicit, sanctam trinitatem oculis suis cernit, rerum divinarum cognitione et sacrorum mysteriorum donatur." Flavianus vero cum hoc pacto diabolicam istam haeresin eruisset, ita est impiissimum senem allocutus. "confecte malis diebus, arguit te impurissimum os tuum, non ego; testimoniumque adversus te tulerunt perditia tua et immunda labia." porro diabolica illa haeresi detecta scelerisque errore, eius professores Syria expulsi in Pamphiliam abiverunt, eamque lue ista impleverunt, quae nunc maiorem quoque Occidentis partem occupavit.

Annum vigesimum primum imperante Constantino, Sapores Persarum rex calumniis contra Christianos exasperatus graviter eos persecutus est, et supra 18 milia eorum interfecit. causae pacis inter Romanos et Persas ruptae haec fuit. Metrodorus quidam Persa sub praetextu philosophandi in Indiam se ad Brachmanes contulit, magnaque usus continentia venerabilis est eis factus. molas quoque aquaticas et lavacra extruxit, ipsis hactenus ignotas res. is Metrodorus quod pii hominis existimationem sibi parasset, in penetralia sacrarii ingressus multos lapides pretiosos et margaritas sustulit: accepit etiam a rege Indiae quae dono imperatori ferret. inde Byzantium reversus tanquam

ὡς ἴδια τῷ βασιλεῖ. θαυμάζοντι δὲ αὐτῷ ἔφη καὶ ἄλλα διὰ γῆς
 προπέμψαι, ἀλλ' ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ Περσῶν. γράφει οὖν ἀπο-
 τώμως Κωνσταντῖνος πρὸς Σαπώρην, ἀποσταλῆναι αὐτά, καὶ
 δεξάμενος οὐκ ἀνταπέστειλε. διὰ τοῦτο ἐλύθη ἡ εἰρήνη. ἐκ
 5 τούτων οὖν τῶν λίθων ἔργον ποιήσας ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε τοῖς
 πέραν τοῦ Δαννουβίου ἔθνεσιν, ἐπιγράψας τῷ μελλόντι τὸ δῶρον·
 ὅπερ γέγονεν αὐτοῖς ὀλέθρου αἴτιον διὰ τὴν ἐπιγραφὴν. φασὶ δὲ
 αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρῆσασθαι καὶ C
 μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον κοσμηθῆναι. ἀλλὰ
 10 καὶ πτύχας εὐαγγελίων χρυσᾶς διὰ μαργάρων καὶ λίθων κατα-
 σκευάσας ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήγαγε, θαύματος ἀξίως.
 ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἡ ἅγια καὶ μακάρια Ἑλένη πρὸς κύριον
 ἐκόημεῖ, ἑτῶν οὖσα π', καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων
 θάπτεται πρώτη, πολλὰ τῷ ἰδίῳ νιῷ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσε-
 15 βείας παραγγειλασα.

Τῷ κβ' ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος κατὰ Γερμανῶν
 καὶ Σαυροματῶν καὶ Γότθων στρατεύσας νίκην ἤρατο κραταιὰν
 διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ δυνάμεως, καὶ τούτους εἰς ἐσχάτην ἤγαγε
 δουλείαν. καὶ Δρεπανᾶν τὸν ἐν Νικομηδείᾳ ἐπικτίσας εἰς τιμὴν D
 20 Λουκιανοῦ τοῦ ἐκέῖσε μαρτυρήσαντος Ἑλενούπολιν διὰ τὴν μητέρα
 ἐκάλεσεν.

Τῷ κγ' καὶ δ' καὶ ε' ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον κυρια-
 κὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. καὶ αὐτὸς τὸν Δάνουβιν περάσας
 γέφυραν ἐν αὐτῷ λιθίνην πεποίηκε, καὶ τοὺς Σκύθας ὑπέταξε,

de suo ea regi obtulit; mirantique alia quoque terra se attulisse dixit,
 sed ea sibi a Persis adempta. itaque Constantinus severe Saporī scri-
 bit, mitti sibi ea postulans, et accepta non remisit. ideo pax dissiluit.
 his ex lapidibus opus confecit imperator, misitque populis trans Danu-
 bium colentibus munere ei qui ceteris praestaret inscripto. quae inscri-
 ptio barbaris exitiosa fuit. ferunt eum primum omnium imperatorum
 diademate usum margaritisque et gemmis superbis fuisse ornatum.
 quin et aurea evangeliorum volumina unionibus et pretiosis lapidibus
 ornata confecit, inque magno templo posuit, digna admiratione. eo
 tempore etiam sancta atque beata Helena ad dominum commigravit,
 annos nata 80, ac prima omnium est in templo apostolorum sepulta.
 ante obitum multa de pietate filio praeceperat.

Anno 22 Constantinus facta in Germanos Sauromatas et Gothos
 expeditione crucis vi magnam reportavit victoriam, easque gentes in
 servitutem egit. Drepanam quoque apud Nicomediam in honorem Lu-
 ciani, qui ibi capitali supplicio veritati testimonium perhibuerat, con-
 didit, et a matre Helenopolin appellavit.

Annis 23, 24 et 25 Antiocheae templum octangulum aedificari coe-
 ptum est. Constantinus Danubio trajecto ponte eum lapideo instravit,
 Scythas subegit. forum quoque condidit cum binis amplis rostris; eo-

καὶ τὸν φέρον ἔκτισε μετὰ γε τῶν δύο μεγάλων ἐμβόλων, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ φέρω κίονα μονόλιθον καὶ ὀλοπόρφυρον ἔστησεν, ἐκ Ρώμης ἀγαγών, ἐκδήσας αὐτὸν διὰ χαλκῶν ζωνῶν γεγραμμέναν. ἰδρύσατο δὲ ἐπάνω αὐτοῦ ἀνδριάντα ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ, ἐν ᾧ P 296 γέγραπται "Κωνσταντῖνος." ἔλαμψεν ἡλίου δίκην, δεξὴν ἔργον δὲ μὲν Φειδίου, ἤχηθῃ δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. καὶ τὰς ἐπτά σφυρίδας καὶ τοὺς ἰβ' κοφίνους, ἐν οἷς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐθανματούργησεν, ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ κίονος ἔθετο. καὶ τὰ λείψανα δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου καὶ Ἀνδρέου διὰ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρτεμίου ἐν τῇ πόλει εἰσήγαγε. 10

Τῷ κς' καὶ κς' ἔτει αὐτοῦ τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ναῶν αὐτῶν κατάλυψιν ἐπέτεινε, τὰς δὲ εἰσόδους αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ ἐκίρωσε. τότε καὶ ἡ ἐν Νικομηδείᾳ βασιλικὴ πυρὶ θεῖῳ ἐφλέχθη.

Τῷ κη' ἔτει αὐτοῦ ὁ δυσσεβῆς Ἄρειος ἐπιπλύστω μετανοία 15 B καὶ λόγοις ἀπατηλοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ καταγοητεύσας τὰς ἀκοὰς τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως, καὶ δύο βιβλία λαβών, τὸ μὲν ἐν τὴν ἑαυτοῦ δειστραμμένην περιέχον δόξαν ταῖς ἰδίαις χερσὶ γράψας ἐν κρυφῇ κατεῖχε, τὸ δὲ ἕτερον δι' ἄλλοτριᾶς χειρὸς ὁμοφώνως τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει γεγραφώς, καὶ τοῦτο 20 ἐπιδοὺς τῷ βασιλεῖ, καὶ διομνύμενος ἡ μὴν οὕτως πιστεύειν ὡσερ δὴ καὶ ἔγραψεν, οὕτω συνήρπασε τῇ αὐτοῦ δολιότητι τὸν βασιλεῖα ὥστε κλεῦσαι τοῦτον ἀνυπερθέτως ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀρχιμέως εἰς κοινωνίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας προσδεχθῆναι. ἀγωνιάσας

que in foro columnam Roma allatam posuit, uno solido lapide constantem, qui totus erat purpureus; atque eam aereis cingulis cinxit inscriptis. in eius autem summo statuum sibi collocavit cum hac inscriptione "Constantinus." splenduit solis instar, opus fuit Phidiae, Athenis adductum. ad basin columnae posuit septem corbes ac duodecim sportas Christi miraculis insignes. ministerio etiam sancti martyris Artemii reliquias sanctorum apostolorum Lucae Timothei et Andreae in urbem attulit.

26 et 27 annis simulacris eorumque fanis evertendis operam dedit, reditus eorum ecclesiis dei transcripsit. tunc et basilica Nicomediae de caelo tacta conflavit.

Anno 28 impius Arius ficta resipiscentia ac fallacibus sermonibus post suam damnationem aures placidissimi imperatoris demulsit; sumptisque duobus libris, alterum qui perversam ipsius opinionem continens ipsius manu scriptus erat, occulte secum habuit, alterum aliena manu scriptum de sententia Nicaei concilii imperatori tradidit, iuravitque se ita sentire de religione quemadmodum sua manu scripsisset. hac fraude imperatorem ita decepit, ut Arium iusserit sine mora ab Alexandro pontifice summo in ecclesiam recipi. verum Alexander an-

τοίνυν ὡς εἰκὸς ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς δεηθεὶς τοῦ Θεοῦ, εὐχῆς ἔργον αὐτὸν ἐποιήσατο. τῇ γὰρ ἐξῆς ὁ ἀνόσιος C μετὰ φαντασίας καὶ γανυρίματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προερχόμενος, ἐπειδὴ ἐν τῷ θόρῳ πλησίον τοῦ λεγομένου Σενάτου ἐγένετο, τῆς 6 γυστρὸς νυξίσης αὐτὸν τοῖς ἐκείσε ἀφεδρωῶσιν ἀποκεχωρηκὸς ἀγγελικῇ κατασπᾶται χειρὶ, τῆς τε κοιλίας αὐτοῦ καὶ τῶν σπλάγγων σὺν τῇ ψυχῇ ῥαγέντων καὶ εἰς ἀφεδρωῶνας καταβληθέντων.

Τῷ κη' ἔτει λιμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ ἀνατολῇ, ὃ δὲ βασιλεὺς σίτον πολλὸν ἀποστείλας τοῦτον ἤμβλυσε. μὴνὴ δὲ ἡ Ἀντιό- 10 χεια λς' χιλιάδας σίτου κατ' ἔτος ἐλάμβανε. σεισμοῦ δὲ ἐν Κύπρῳ γενομένου Σαλαμὴν ἢ πόλις κατέπεσε καὶ ἱκανὸν πλῆθος διέ- D φθαιρε.

Τῷ κθ' ἔτει Δαλμάτιος Καῖσαρ ἀνηγορεύθη. Καλόκαιρος δὲ ἐν Κύπρῳ τυραννήσας ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ὑπὸ Δαλματίου 15 ζῶν κατακαίεται.

Τῷ λγ' τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τελευτή- κινήσας γὰρ κατὰ Περσῶν ἀπὸ Νικομηδείας ἐν τοῖς Πυθίοις αὐτοματόις θερμοῖς παραγίνεται. καὶ κακωθεὶς, ἐκείθεν τε δι' Ἐλενοπόλιος ἐν τῷ χάρακι ἐλθὼν, πυρετοῦ λαβροῦ κατασχόντος 20 αὐτὸν ἐτελεύτησεν, μετὰ θ' ἔτος τοῦ οἰκισμοῦ καὶ ἐγκαινισμοῦ Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ ἦτοι Ῥωμαίῳ, αὐτὸς τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη πρὸ δώδεκα ἐτῶν P 297 τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀποθανοῦσα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Φαῦστα, θυγάτηρ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἐρκουλλίου, καταλείψας ἐν βασιλείᾳ τρεῖς

xius, ut par erat, animi totam noctem ad dominum precibus fuis Arium pessumdedit. nam Arius cum postridie magno cum fastu et ostentatione ad ecclesiam procederet, cum in foro non procul a curia abesset, ventre stimulante ad latrinam abiit, ibique ab angelo ictus intestina in latrinam egisset atque exanimatus est.

Eodem anno fames magna fuit in Oriente; quam penuriam imperator sublevavit multo frumento immisso. sola Antiochea annuos modios 36000 accepit. terraemotu porro Salamin urbs Cypri deiecta, multique mortales extincti sunt.

Anno 29 Dalmatius Caesar designatus est. is Tarsi Ciliciae Kalo-kaerum, qui in Cypro tyrannidem gesserat, vivum combussit.

Anno sui imperii 33 Constantinus magnus moritur. facta in Persas expeditione a Nicomedia ad thermas Pythias pervenerat. inde male affecto corpore per Helenopolin in castra cum venisset, vehementi febre correptus vitam cum morte commutavit, nono post conditam dedicatamque Cpolin anno. sepultus est in arca Porphyretica seu Romana, et mater eius Helena eodem reposita, ac Fausta uxor, filia Maximiani Herculei, quae duodecim annis ante mariti obitum dece-
 Digitized by Google

υιούς, Κωνσταντίον καὶ Κωνσταντίνον καὶ Κώνσταντα, διορισά-
 μενος Κωνσταντίον μὲν ἔχειν τὰ Θράκης καὶ ἑώας μέρη, Κων-
 σταντίνον δὲ τὰ πρὸς Ὠκεανὸν ἐσπέρια, Κώνσταντα δὲ Κρήτην
 Ἀφρικὴν καὶ τὸ Ἰλλυρικόν. δύοσα δὲ κατέσχε τελευτήσαι μὲν τὸν
 μέγαν Κωνσταντίνον φαρμάκιω δηλητηρίω ἐπιβουλή τῶν ἀδελφῶν,⁵
 διὸ καὶ αὐτὸν τοῦτο δι' αὐτογράφου ἐπισκῆναι τῷ παιδί, ἐδι-
 κῆσαι τε καὶ φυλάξασθαι τοὺς ἀνελόοντας αὐτὸν θείους· λαβόντα
 δὲ τὴν τοιαύτην γραφὴν Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον ἀπο-
 Β δοῦναι Κωνσταντίω ἐκ τῆς ἑώας ἄρτι παραγενομένῳ, ἔνθεν τε
 γενέσθαι αὐτὸν καὶ ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. τὸ δὲ τού-¹⁰
 τους ἀναιρεθῆναι, ἐπεὶ τοι ἀλόγιστος σαφῶς ἡ ἀθρόα πάντων
 αὐτῶν ἀναίρεισις τούτῳ ἑδόκει, δέον ἔκρινε μὴ ἄνευ λόγου τοῦτο
 ποιῆσαι. ἐτελεύτησε δὲ ὁ μέγας Κωνσταντίνος εὐσεβῶς βασιλεύ-
 σας ἔτη λβ' καὶ μῆνας ι', ζήσας τὰ πάντα ἔτη ξέ'.

Κωνσταντίος βεβαίωσεν ἔτη κδ', Κώνστας ἔτη ιζ'. Κων-¹⁵
 σταντίνος δὲ ταχὺ τετελεύτησε τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν ἀδελφὸν
 Κωνσταντίον κοινωσόμενος ἦι περὶ τινων μετὰ πολλῆς ἰσχύος καὶ
 C δυνάμεως, ὃ τὸν Κωνσταντίον εἰσῆγεν εἰς ἐκπληξιν μὴ τι νεωτε-
 ρίσων ἀφικνῆται εἰς αὐτόν· καὶ πονηρῶν συμβουλῶν ἐπιτυχῶν
 καὶ πρὸς πόλεμον ἐρεθιζόντων αὐτὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ. καὶ²⁰
 συρραγέντος πολέμου ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν φευγόντων ἐρεθιστὸς
 Κωνσταντίνος ἀναιρεῖται, τρίτος ὢν ἀδελφός, καὶ γίνεται Κων-
 σταντίος ἐγκρατὴς πάντων τῶν ἐσπερίων. ἦν δὲ Κωνσταντίος

rat. imperium tribus filiis reliquit, Constantio Constantino et Constanti,
 ita divisum ut Constantius Thraciam et Orientem teneret, Constantinus
 quae Occidentis sunt ad Oceanum, Constans Cretam Africam et Illyri-
 cum. creditum fuit Constantinum a suis fratribus exhibito letali veneno
 extinctum fuisse; ideoque eum sua manu scriptis literis mandasse filio
 ut a patris sibi caveret eosque ulcisceretur. eas literas Eusebium
 Nicomediae episcopum accepisse, et Constantio recens ex Oriente re-
 verso tradidisse, indeque etiam Cpolitano episcopatu potitum. visum
 autem fuit absurdum patruos istos simul universos velle occidere; ideo-
 que decretum est rem caute agendam. diem autem suum pie obiit
 Constantinus magnus, cum imperasset annos triginta duos, menses de-
 cem, vixisset annos sexaginta quinque.

Constantius imperavit annos viginti quattuor, Constans annos se-
 ptemdecim. Constantinus cito periit, idque hoc pacto. accedebat ad
 fratrem Constantium, ut cum eo de re quadam communicaret, magnis
 comitatus copiis. quod suspicionem Constantio movit, ne quid frater
 novi moliretur. atque hic malis consultoribus usus ad pugnam exhor-
 tantibus, contra eum exercitum eduxit in aciem. commissoque praeco
 Constantinus inter extremos in fuga comprehensus et interfectus est.
 ita Constantius Occidente toto potitur. statura fuit Constantius pre-

τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης καὶ ἐπιξανθος, χαροπὸς τὴν ὄψιν, εὐμετάβολος τὴν γνώμην, σώφρων τὰ πρὸς ἀφροδίσια, φίλοις συναναστρεφόμενος, ἐγκρατὴς τὰ πρὸς τροφήν, εὐμενὴς πρὸς τὰς αἰτήσεις καὶ κρίσεις τῶν ὑπηκόων· ὀπωρῶν καθάπαξ 5 ἀφέστηκεν. ἐν δὲ ταῖς τῶν ἡγεμόνων φιλοτιμίαις τὸ πρέπον αἰεὶ διειτρίρει. οὐδένα δὲ μὴ παιδείας μετέχοντα τῇ γερονσίᾳ κατέλεγεν, ὡς καὶ τὸ εἶρην λόγον καὶ μέτροις γράφειν ἐπίστασθαι, ἐνὶ μόνῳ νοσήματι τῇ κακοδοξίᾳ ἠττώμενος.

Τῷ β' ἔτι τῆς βασιλείας αὐτοῦ Λαλμάτιος Καῖσαρ ὑπὸ 10 στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, οὐ κελεύσαντος Κωνσταντίου, ἀλλ' οὐδὲ κωλύσαντος τὴν σφαγὴν. ἔμελλον δὲ συναναιρεῖσθαι Γάλλος καὶ Ἰουλιανὸς οἱ Κωνσταντίου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου παῖδες. ἀλλὰ τὸν μὲν Γάλλον νόσος, τὸν δὲ Ἰουλιανὸν ἡ νηπιότης διέσωσεν· ὀκταετὴς γὰρ ἦν. Κωνσταντίνος δὲ πρότερον 15 δεχόμενος τὸ ὁμοούσιον ὕστερον μετέθετο κουφότητι γνώμης καὶ ἀπάτῃ τοῦ Ἀρειανοῦ πρεσβυτέρου καὶ Εὐσεβίου τοῦ τῶν εὐνούχων πρωτεύοντος καὶ Εὐσεβίου Νικομηδείας. P 298

